¶ Nota. oēs oōnes dicunt casse ⁊ inutiles sine gr̄a spūssc̄i. Cui⁹ rō est qz spūssc̄us est vera charitas q̄ diffusa est in coꝛdib⁹ nostris p spm̄sctm̄. sz sine charitate nullū opus placet deo. si g̃ nullū opus placet sine charitate deo. merita sine spūsancto q̄ vera charitas est nō placebunt. Itē q̄reret q̄s. q̄ die spūssc̄us missus ē. Rñdet qz in q̄nquagesima die. Et p hoc dat intelligi qz tria bona cū ipo venerūt. scz legis pfectio. eterna remuneratio. et pcōꝛ remissio. De pmo dr glo. A q̄nquagesimo die agni imolati descendit spūssc̄us in igne De scdo dr ibidē. Sicut q̄nquagesimo die post resurrectōem ꝓuersat⁹ ē cū discipulis. ita p q̄nquagesimā diem qua spūs dabat denari⁹ eterne remuneratōis exp̄mit. De tercio dr glo. ibidē. Jō q̄nquagesima die spūssc̄us missus ē. qz indulgētie fiūt in anno iubilationis. ⁊ sic p spm̄sctm̄ pcā dimittunt. petōꝛes ad patriā reuocant. hereditas amissa reddit. ⁊ in iugo seruituris liberant. ¶ Itē nota. p̄cius est aduerbiū qualitatis. Sz cassus a um idē est qđ inutilis

Tu q̄ omniū seculoꝛ sctōs tui numinis docuisti instinctu ap̄lecten

do spūs. Jpo hodie ap̄los xp̄i donās munere in solito ⁊ cūctis inau

dito seculis. Hunc diem glorioſum feciſti.

¶ Hic autoꝛ ostēdit q̄b⁹ miracul⁹ h̄ festū sit ꝓsecratū dicens. O sctē spūs (tu q̄ docuisti sctōs olim seculoꝛ). i. ab initio seculi (instinctu). i. ispiratōe tui numinis). i. ꝑtutis (amplectēdo). i. p grām circūdādo. tu (ipe) scz eo. (donās). i. remunerās (hodie). i. in die pētecostes (ap̄los xp̄i insolito). i. incōsueto (munere). i. dono (⁊ inaudito). i. ꝑus nō audito (cūctꝫ seculis) id est ab oīb⁹ tp̄ib⁹ ⁊ gentib⁹. qz dedit ap̄lis nouū modū loquendi. Conseqꝫter ꝓmendat diem pentecostes dicēs. tu sctē spūs (feciſti hūc diem). s. pentecostes (glorioſum) id est decoꝛum

☞ Nota. spūssc̄us dedit hoīb⁹ septē dona. q̄ Esa. enumerat. cap. xi. vbi magno desiderio ꝓphetizauit aduentū xp̄i dicens. Egredietꝫ virga de radice Jesse. ⁊ flos de radice eius ascēdet. ⁊ sup eū req̄escet spūs dñi. spūs sapie ⁊ intellect⁹. spūs ꝓsilij ⁊ fortitudinis. spūs sapientie ⁊ pietatis. ⁊ replebit eū spūs timoꝛis dñi. Hec sunt septē dona q̄ in veteri testamēto data sunt patrib⁹ solūmōdo in ꝑbis. sed data sunt ap̄lis in vera missione. Itē sciendū qz spūssc̄us plurib⁹ de causis missus est. q̄ cause ꝓp̄hendūtur in Joāne. xiiij. Paraclitus spūssc̄us quē mittet pater in noie meo ipe vos docebit oīa. Primo ad ꝓsolandū nos ⁊ infirmos adiuuādū. qđ notat eū dr paraclitus. Scdo ad viuificādū moꝛtuos. qđ notat eū dr. spūs. qz per spm̄ viuificamur. vñ Ezech. xxxvij. Ossa arida audite verbum dñi. ⁊ ego mittam in vos spm̄ ⁊ vos viuetis. Tercio ad saluandū iustos qđ innuit cuz dr. In nomine meo. nomen eī filij est Jesus ⁊ interp̄retatur salus vel saluatoꝛ. quia in nomine saluti⁹ pater misit spiritū sanctum vt ostēdat q̄ ad saluandum gentes venit. Quarto ad docendum ignaros. ⁊ hoc innuitur ibi. Ipse docebit vos oīa

¶ Pro terminis nota. amplectendo est gerūdiū illi⁹ verbi amplectoꝛ et ponit in actiua significatōne. Item insolitus est nomen adiectiuū es

Idem est quod inconsuetus. Similiter inauditus est nomen adiectiuū ꝛ non participium. quia inauditꝰ nō dr. ꝛ dr ideo inaudito in littera. quia spiritussanctus dedit apostolis nouū modum loquendi omniū linguaꝝ et hoc fuit prius inauditum

Eni sctē spūs ꝛ emitte celitus lucis tue radiū. Ueni pater pauperꝝ. veni datoꝛ muneꝝ. veni lumen coꝛdiū.

¶ Nec est alia sequentia q̄ cantaꝫ in die pentecostes. in q̄ autoꝛ inuocat spm̄sctm̄ dicens. O (sctē spūs veni) scz p grām tuā (ꝛ emitte celitus) id est de celo (radiū). i. splendoꝛē (tue lucis). i. gratie. O (pater pauperuꝫ veni) ꝛ o (datoꝛ). i. clemens largitoꝛ (muneꝝ) scz oīm (veni) O (lumē) id est illustratoꝛ (coꝛdiū). i. mentiū (veni) ¶ Nota. scribiꝫ Actuū ꝑmo Accipietꝭ ꝓtutē supueniētꝭ spūsscti. Vñ sciendū. q ꝯ accipit p ꝓtutem spūsscti tria. scz aiam. grām. ꝛ coꝛonā. De ꝑmo dr ps. Qui nō accepit in vano aiam suā nec iurauit in dolo primo suo. Vñ ꝯ accipit aiam suā a deo inspirāte. vt deꝰ accipiat eā ab hoie expirāte. ꝯ accepit aiam ad vitā translitoriā. deꝰ āt ad vitā eternam. Vñ Joan. in euāgelio. Iteꝝ venio ad vos ꝛ accipiā vos ad meipm̄. Sedo ꝯ accipit grām. Vñ nota. q gra sine vnctio spūsscti nō a fatuis sꝫ a prudētib⁹ accipiꝫ. sicut ꝯatrk de septem ꝓginib⁹ prudētib⁹. vñ Matꝫ. xxv. dr. Prudētes ꝑo ꝓgines acceperunt oleū secū in vasis suis cū lampadib⁹. Per oleū intelligiꝫ gra spūsscti. Vñ ps. Oleo sancto vnxi eū. Sꝫ fatue ꝓgines acceptꝭ lāpadib⁹ nō sumpseꝭ runt oleū secū. Et dixerūt fatue sapientib⁹. date nob de oleo vestro. q lāꝭ pades nr̄e extinguunt. Vñ p lāpades ardētes intelligiꝫ feruēs amoꝛ dei et primi. quē ꝯ amittit q grām spūsscti nō ꝯ. vñ fatuus libentius acciꝭ pit potentiā cē regnū celoꝝ. ꝛ illis dr Amē dico vob. nescio vos. Terćio p virtutē spūssancti ꝯ accipit coꝛonā. de tali aūt ꝓtute spūssancti dr Leo papa q spūsscti⁹ desiderabaꝫ ab aplis. vt sancta ipsoꝝ pectoꝛa accendeꝛet ꝛ mundaret ꝛ mundata vlterius ꝓfirmaret, ꝛ ꝓfirmata ad eternam beatitudinē ꝑpararet. post hoc vt coꝛonā eterne vite ipis tribueret. vnde Grego. Coꝛona aurea sup caput eius

¶ Qꝛo terminis nota. emitto ē ꝓbū transitū tercie ꝓiugatōis habēs emisi in ꝑterito Iteꝝ differūt celitus ꝛ celicus. qꝛ celitꝰ ē aduerbiū q̄litatis loci. ꝛ interꝑtaꝫ quasi de celis. Sꝫ celicꝰ a um ē nomē adiectiū Iteꝝ radius plura ꝓcat. vñ Ebrar. Textoꝛis radiū dicas radium quoq solis Sed paup est nomē adiectiū ꝓgabile ꝛ mobile.

Consolatoꝛ optime dulcis hospes anime dulce refrigerium. In labore requies. in estu temperies. in fletu solatium

¶ Hic autoꝛ ꝓmēdat spm̄sctm̄ penes diuersa būficia dicēs. O sctē spūs (optime ꝓsolatoꝛ. o dulcis hospes aie). s. nr̄e (o dulce refrigeriū). i. recreatio sᵉ veni. scz ad nos (o reqes in labore) veni (ꝛ tēperies). i. mitigatio (in estu). i. caloꝛe (ꝛ solatiū in fletu) ¶ Nota. autoꝛ ꝓmēdat spm̄sanctum

principaliter in sex. Primo in ꝓsolatõe quare dr paraclitus qđ interpretat ꝓsolator. qr missus est vt tristes t mestos ꝓsolaret. vñ Bern. ꝓsolator spiritus dr de pctis Jtē Esa. lxi. Spūs dñi sup me tē. subiūgit. vt ꝓsolaret oēs lugentes Scđo ꝓmēdat eū ex visitatõe. qr visitādo viuificat aias. vñ Ezech. xxxvij. Ecce ego intromittā in vos spm t viuetis Tertio ꝓmendat eū ex ꝓfortatõe. t ꝓfirmat amorē inter discordes t odiosos. t hoc tangitur in littera cū dr. dulce refrigerium. vnde in euangelio Joan. ipe pater amat vos Quarto ꝓmendatur in requie laboris. qr ipe est reqes in operationib⁹ siue in laborib⁹ spūalib⁹. vñ cum ꝓtra malignos spūs certamen inire debemus spūssanctus nobis adest p cuius virtutem t gratiā resistere possumus nostro aduersario. s. diabolo Quinto ꝓmendat penes temperantiā in caloze. qr operationes nostras t tentationes modificat t temperat. t hoc pz de sancto Joan. q̄ p gratiā sanctispūs illesus exiuit de doleo feruentis olei. Vñ sciendū q̄ spūssanctus penes septem eius dona septē modis tentatões nostras tēperat. Primo humiliat alta p donū timoris qđ est ꝓtra tentatõem supbie. Scđo dura mollificat p donū pietatis. qđ est ꝓtra tentationem inuidie Tercio obscura illuminat p donū sciētie. qđ est ꝓtra auariciā Quarto mollia ꝓsolidat p donū fortitudinis. qđ ē ꝓtra tentatõem accidie Quinto fluida restringit p ꝓsiliū. qđ est ꝓtra tentationem gule Sexto aiam clarificat p donū intellectus. qđ est ꝓtra luxuriam aiam maculantē. Septimo sursum facit tendere p donū sapientie. qđ est ꝓtra tentatõem ire. Sic spūssanctus oīa vicia in nobis temperat ne ex multitudine vicioz dicamus. cū ps Qm̄ iniquitates mee supgresse sunt caput meū tē. Ultimo ꝓmendat eū ꝓpter subleuatõem nostram in tēpore tribulationis. t hoc innuitur in euangelio cū dr. tanq̄ ignis sediteq̄ supra singulos eoz spūssanct⁹ Unde ignis triplicē hz naturā. scilz alta inclinat sursum tendit. fluentia ꝓgregat siue coadunat. p hec tria intelligit triplex vis spūssancti. scz inclinatiua. eleuatiua. t coordinatiua Jnclinatiua. quia spūssanct⁹ inclinat excelsos ad humilitatem Eleuatiua. qr eleuat inferiora ad superiora. Coordinatiua. qr inequalia equaliter ordinat t coadunat p ꝓformitatem Jtem nota diceret quis. quare spūssanct⁹ apparuit apostolis in specie dispartite lingue Respondetur. vt ipa lingua magis regeretur. qr difficulter potest refrenari Secundo. vt ipi scz apostoli possent ferucnter loqui in p̄dicatõne Unde Bern. Venit spūssanct⁹ sup discipulos in linguis igneis vt verba loquerentur ignea. t legē igneam p̄dicarēt. Ex hoc dubitat quare spūssanct⁹ apparuit in igne Respōdet q̄ ignis precellit oīa elemēta in specie. in ordine. t in virtute Primo in specie pulcritudinis. qr nō est pulcrius elemētū rōne lucis in aspectu Scđo in ordine rōne sublimitatis. qr nullū elementū est igne sublimi⁹ Tertio in ꝑtute rōne vigoris. qr ignis est maxime actiu⁹ inter alia elemēta. Sic etiam spūssanct⁹ excedit oīa in specie ordine t ꝑtute Etiā sicut ignis cremat. purgat. calefacit. t illuminat Sic spūssctūs cremat petā. purgat cordā. corpore excutit. t intellectū illuminat Sciēdū p terminis. hospes ē nomē cōis gñis dr quasi hostipes. i. hostiū petēs Reqes ē nomē ēnte declinatōis a req⁹esco. Sz tēperies ē nomē quinte declinatōis a ꝑbo tēpero as Jtē estus. est nomē quarte declinatōis a ꝑbo estuo

O lux beatissima reple cordis intima tuorum fideliū. Sine tuo numine nihil est in homine nihil est innoxium.

¶ Hic autor dirigit petitōnes ad spūmsctū dicēs (O btissima lux) tu (reple intima) .i. iteriora (cordis. tuor fideliū) .i. in te credētiū. qr (nihil est in hoīe) z (nihil ē innoxiū) id ē sine culpa (sine tuo numine) .i. ꝑtute z gr̄a ☞ Nota. autor in ist̄a petit illuminatōnem seu illustratōnem spūsscti cognoscēs q lux valet ambulantib⁹ Juxta illud euā. Qui ambulat in luce nō offendit se Circa qđ sciēdū. q ꝙlibet volēs ipetrare illustratōem seu illuminatōem spūsscti debet habere septē Primo q dz esse ꝙcetus in animo vñ Esa. Sup quē requiescit spūs almus. Secūdo debet esse vnit⁹ in fide seu in ꝯgregatōe fidei catholice Vñ a simili sicut ignis p diuisionē ipsius extinguit. sic spūssanctus p discordiā in hoīb⁹ extinguit. z ideo Actuū q̄rto dr Et erat omniū credentiū cor vnū Tercio debet esse in loco secreto Vñ ꝓpheta Ducam eam in solitudinē z loquar ad cor eius Quarto debet assidue orare. vnde dicit de apostolis Erant pseuerātes vnanimiter in oratione Oī aūt oratio sit necessaria ad receptōem spūssancti ostenditur Sapientie. vij. Inuocaui z venit in me spūs domini. Quinto debet ē humilis. vñ ps. Qui emittis fontes in ꝓuallib⁹. id est qui das gratiā spūssancti humilib⁹ Sexto debet esse pacificus. vnde q pax necessaria sit ad recipiendū spiritūsanctū declarat Joannes in euangelio dicens Pax vobis. deinde dñs sufflauit z dixit. accipite spūmsanctū. Septimo debet esse in ꝓtemplatione orationis. qđ notatur cū dr Acceperunt spiritūsanctū in cenaculo. vbi dr glosa Qui spūmsanctū desiderat domicilium carnis mentis contemplatione transcendens calcat

¶ Pro terminis nota. q intima ponit hic spēaliter in neutro gñe Horius idē est q vicios⁹. z deriuat a noie nox Jnde tūc p ꝓpositionē innoxi⁹ id ē nō nociuus seu mūdus de peccato

Laua qđ est sordidū. riga qđ est aridum. sana quod est saucium

Flecte qđ est rigidū. foue qđ est languidū. rege qđ est deuiū

¶ Hic autor dirigit aliā petitionē ad spūmsctū dicens O sctē spūs (laua) id ē mūda. scz in nobis (qđ est sordidū) .i. imūdū (z riga) .i. humecta. scilicet (qđ est aridū) in nobis (z sana) scz in nobis (qđ ē sauciū) .i. infirmum (flecte qđ est rigidū) .i. inflexibile in nobis. z (foue) .i. nutri (qđ est languidū) .i. infirmū (rege) .i. ordina (qđ est deuiū) .i. erroneū.

Da tuis fidelib⁹ in te confidentib⁹ sacrum septenarium

Da virtutis meritum. da salutis exitum. da perenne gaudium

O sctē spūs (da tuis fidelib⁹) .i. xp̄ianis (ꝓfidētib⁹ in te) .i. sperātib⁹ in te (sacrū septenariū) .i. septē dona sacrata. z sctē spūs (da meritū virtutis z exitū) .i. finē (salutis) scz eterne (da penne) .i. sempiternū (gaudiū

¶ Nota. autor in ist̄a p ordinē petit diuersa Primo petōz absolutōem

qz illa ꝑncipal'r est nc̄caria. qm̄ hō in pc̄is nullo mō ꝑt ꝙuersari cū fratrib⁹ bus. i. cū angelis. nā ipi st̄ ab oi pc̄ō remoti. vñ venerabilis Beda Nulla inter hoīes deo gratioſior ꝑt esse ꝙuersatio q̄ eoz q̄ se alienāt a vicijs z ꝑtutū studijs aīm subigūt Scō petit purgatōem mentiū. i. informatiōnē p remotōem ignorātie. qz ꝑm Aug⁹. Ignorantia est viciosa si assit affectatio nesciēdi Jtē Ber. Prudētia est si ꝑterita mala defleas. si ꝓalia ꝓēnis. z si eterna ꝙupiſcis Tercio petit sanitatē aie q̄ impedit p vicia peccatoz Vñ pcā summe st̄ vitāda. vñ ꝺr Aug⁹ Ex pcō Ade nobis influxa sunt duo mala. scz ignorātia rez agendaz. z ꝙupiſcētia nocaz Jtem Bern̄. Nulla nocebit aduersitas si nulla dñaf iniqtas. Quarto petit cor induratū fleeri p charitatē spūſſancti. vñ in omni ꝑtute tua dilige eū q̄ te fecit Bern̄. Via dñi ad cor dirigit cū sermo veritat̄ humilit audit Quinto petit remotionē frigiditatis aie. vñ aia ꝺr infrigidata qñ caret igne spirituali. i. gr̄a spūſſancti De tali igne ꝺr in li. Sap̄. Et lāpas ei⁹ non extinguet in nocte. i. gr̄a spūſſancti nō auferet ab eo in tpe tribulatōnis Sexto petit remotōem erroris ꝑter informatōem iusticie. q̄ maxime attēdit in volūtate. qz aliqs nō ꝺr iustus ꝑter rectitudinē intellect⁹ vel operis si desit rectitudo volūtatis. i. iusticie. vt ꝺr in Prouer. Qui sequit iusticiā diliget a dño Jtē ps. Justus dñs z iusticiā dilexit ¶ Qro terminis nota q̄ sordidū ponit hic substātialiter. z ꝺr a noie sordes qđ vlteri⁹ ꝺr a ꝑbo sordeo Jtē aridū est nomē adiectiuū Jn̄ area. i. terra sterilis. Similiter rigidus idē est qđ distoꝛtus. a ꝑbo rigeo es Flecto est ꝑbū trāsitiuū Jtē littera ꝺr sacrū septenariū. z p hoc datur intelligi oīs pfectio. qz sicut p septenariū numez claudit oīne tēpus z pficit. sic p septenariū. i. p septē dona spiritusſancti oīmis pfectio importatur

b Benedicta sp̄ sc̄ā sit trinitas deitas scilz vnitas coeq̄lis gl'ia

Pater filius sc̄ūſſpiritus tria sunt noīa. oīa eadē substātia

¶ Jstud est aliud canticū in honorē z reuerentiā sancte trinitatis dic. (Sancta deitas scz) q̄ est (trinitas) scz in ꝓsonis z (vnitas) scz in essentia z (coequalis gl'ia) scz deitatis z triū ꝓsonaz (sit bñdicta sp̄). Et tunc declarat qūo in diuinis sit trinitas ꝓsonaz z vnitas eēntie dicēs (pater z filius et spūſſc̄ūs sunt tria noīa). i. tres res noiate. z tamē (oīa) scz noīa (sunt eadem substātia). i. eiusdē essentie

Deus genitor. deus genit⁹. in vtroq̄ sacer spūs deitate socius.

Et hoc rez declarat dicēs (Genitor) i. pater est (deus. genit⁹) i. filius est (deus. z sacer spūs in vtroq̄) scz patre filio. exīs tanq̄ nexus amboz. scz est (soci⁹ in deitate) sic scz q̄ z ipē deus verus. ¶ Nota. pater z filius et spūſſc̄ūs st̄ eadē eēntia diuina. s̄z tñ tres ꝓsone. Et qūo hoc ꝺz intelligi ostēdit p illud dictū vulgare. Nix glacies z aqua tria nomina res tñ vna Sic in ꝓsonis trin⁹ deus est tñ vnus Jtē sciendū q̄ esse trinitatē ꝓsonarū z vnitatē eēntie in diuinis ꝑt declarari tripl'r. Primo ex auctoritate scripture. vñ legit Ben̄. ꝓ. Dixit quoq̄ deus faciamus hoiem ad imaginē nostrā Jn hoc enī q̄ ꝺr faciamus innuit triplicē ꝓsonā. sed in hoc qđ ꝺr imaginē

in singulari numero. ꝛ nō imagines. ꝓ hoc innuit vnicā essentiā Etiam ds Aug⁹. Si in natura deitatis tū vna esset ꝓsona nō diceret faciam⁹. sz facio. etiā nō diceret nostrā sed meā. si nō esset vnitas essentie Scdo declarat ꝓ autoritatē angelicā. qz dr Esa. Angeli nō cessant clamare sanct⁹ sanctus sctūs ꝛc. ꝓ ꝫ qđ dr ter sctūs in nūero singulari notat sctā trinitas Tercio declarat ꝓ autoritatē humanā. vñ ps. Būdicat nos de⁹ de⁹ nr̄. et būdicat nos de⁹ ꝛc. ꝓ hoc qđ dr de⁹ ter innuit trinitas ꝓsonaꝝ. Sz ꝓ ꝫ dr ꝛ metuāt eū oēs fines terre. in singulari nūero tāgit vnitas essentie. Itē declarat ex figuris. qz legit in Gen. ꝙ Abraā stans iuxta radicem montis mābre vidit tres pueros ascendētes ꝛ descendētes ꝓ viā vidit tres ꝛ vnū adorauit. hec visio abrae est nobis ꝓphetia ꝛ ꝓsagiū nostre cognitōis sctē ꝛ indiuidue trinitatis in ꝯtū nobis possibile est. vidit ēm tres pueros. id ē tres ꝓsonas. ꝛ vnū deū adorauit Vñ sciendū ꝙ oēs leges ꝓcordāt in hoc ꝙ colūt vnū deū ꝛ nō plures. ꝛ ꝫ testat vet⁹ testamētū. qz dr i Exodo Audi israel de⁹ tu⁹ vnus est Itē greci ꝛ gētiles vnū deū colūt. saltē gentiles ꝙ recta vtunt rōne. qm̄ ex eis multi tanꝯ bestie irrōnales vnitatē dei negāt colentes plures deos. ꝛ ꝫ opat rō eoꝝ obūbrata ꝛ carēs lumine spūssancti. vñ phs. xij. metaph. Nō valet pluralitas ꝑncipatuū. sit ꝙ vn⁹ ꝑnceps et ꝙ bñ dr Aug⁹. ꝙ vnitas soli deo ꝓuenit. ꝛ vnitas dei simplicior est vnitate nūeri. qz simplr est indiuisibilis nullā hñs passionē diuisionis. Et rō ne istius vnitatꝭ orauit dñs nr̄ vt sicut ipe cū patre ꝛ ispūsctō vn⁹ ē de⁹. ita nos ꝙ grām diuinā essem⁹ vnū cū deo dicēs. Pater rogo vt ipi mecū sint vnū sicut ꝛ nos vnū sumus. ꝛ illud vnū essentie diuine abraā adorauit. sz tres vidit ꝓsonas ꝛ eaꝝ ꝓprietates q̄ sunt relatōnes mutue. qua pater genuit filiū. ꝛ fili⁹ genitus ea patre. ꝛ spūssctūs ꝓcedit ab vtroq; Et hec est trinitas q̄ ꝑm tea. Aug⁹. est numerus oīni creatura ꝓfectior. qz ꝑm ꝑm ꝑmo celi nihil ꝓfectū est nisi trinū

¶ Zero terminis nota. sz. est ꝓiunctio expletiue potestatis. ꝛ pontⁱf hic cā ornatus Itē coequalis ē nomē adiectiuū ꝓpositū a con ꝛ equalis depo nēdo n. ꝛ idē est qđ similis Itē eadē aliqñ est nomē habēs scdam declinatōem ꝓnois. vñ Est rectus eadē. sed est obliquus eadē Itē est nomē distributiuū habēs scdam declinatōem ꝓnois

Non tres tamen dij sunt. deus verus vnus est. sic pater dominus filius spiritusꝙ sanctus.

Hec est secūda pars in qua autor describit diuine essentie vnitatē diꝫ tēs (tñ) sz pater ꝛ filius ꝛ spūssctūs (nō sunt tres dij. sed deus verus est vnus. hic) id est eodē modo (pater est dñs. filius) est dominus (ꝙ) ꝓ eo (spiritus sanctus) est dominus

Proprietas in ꝓsonis. vnitas est ꝛ in essentia. Maiestas par et potestas deus honor eque per omnia

Tūc declarat ꝙliter cū vnitate essentie stat ꝓprietas ꝓsonalis ꝛ equalitas potentie. Dicēs (ꝓprietas) sz distincta est (in personis) sz diuinis (et

vnitas est in essentia) scz diuina (maiestas) sc est (par) id ē eqlis; (z potestas decus honor est eque) id ē eqliter (p oia) qz oia sunt vna ētia in diuinis psonis Primo. qz ibi est vnitas essentie Scdo. qz ibi est eadē maiestas in psonis Tertio. qz ibi est eadē pax z potestas. z ibi est decus et honor eque per omnia

¶ Nota. in deitate cuilibet psone attribuuntur spēales ppietates. nam patri ꝙuenit paternitas maiestas innascibilitas z potētia Sz filio ꝙuenit sapia filiatio. silr z nascio Spūisctō attribuit inspiratio' bonitas z pcessio Et q̄uis potētia pncipalr attribuit deo patri. tñ ppter h nō auferr a filio nec a spūisctō. vt pz in symbolo Athanasij. oīpotēs pater. oīpotēs filius z ē. et sic realit potētia attribuit indiuidue trinitati Et silr intelligit de sapiētia q̄ attribuit filio. q̄ tñ etiā in patre z spūisctō est Jtē oīpotētia in diuinis nō sumit p oib⁹ vlter. qz ꝑm Aug⁹. de⁹ nō pt malū. z tō hoc facere nequit. z q̄ sunt p̄terita illis iperare nō pt. z g̃ dr ꝑm Remigiū. q̄ isto solo posse deus est puat⁹ scz p̄teritis iperare. Ex illo tñ nō seqt diuinā potentiā augeri vel minui. qz ipa ē eterna z imutabil Ꝑ Pro termis no. q vn⁹ ē nomen hñs scdaz declinatōez ꝑnois Jtē eque. i. eqliter. z dcitur ab illo noīe equus

Sydera maria cōtinēs arua simul z vniuersa condita. Quē tremūt impia tartara. colit quoꝙ quem z abyssus infima Nunc oīnis vox atq; lingua fateatur hunc laude debita Quē laudant sol atq; luna. dignitas adorat angelica. Et nos voce ꝓcelsa oīnes modulemur organica cantica dulci melodia. Eya z eya nunc simul iubilemus alti troni domino laudes in excelsis.

¶ Hic autor ꝙsequenter ostendit qūo oīnia inferiora z superiora adorant indiuiduā trinitatē di. Predicta diuina maiestas est (ꝙtinēs) scz per suā potentiā (sydera). i. stellas (maria). i. aq̄s (arua) id est cāpos (z simul vniuersa ꝙdita) id ē oēs creaturas (quē) scz deū (impia tartara). i. crudeli inferna (tremūt). i. cū tremore veneraī (q;) pr (quē) scz deū (ifima ab pssus). i. pfunditas (colit). i. honorat (Nūc ois vox atq;) p z; (lingua fateatur). i. pfiteat (hūc) scz deū (debita laude) id ē ꝙuenienti veneratōe z letitia (quē) scz deū (sol atq; luna laudāt) z (angelica dignitas adorat) sūma adoratōne latrie (z nos) hoies (modulemur). i. decātem⁹ (organica cātica dulci melodia). i. suaui sono (voce p̄celsa). i. alta Et ide hortat nos ad laudādū deū di. (Eya z eya) p q̄ō ꝑcat exhortatōez. qz eya ē aduerbiū hortādi (nūc iubilem⁹). i. decātem⁹ (silr laudes altitroni dño). i. sedēti supra altā sedē (in excelsis) ¶ Nota. hec sentētia sic inferr. q̄m scā trinitas potēs ē regere celū z terrā mare z oīa q̄ in eis sunt sua potestate. z q̄m infern⁹ obedit sibi z ois irrōalis creatura obedit deo. q̄ cū debita laudē. z q̄m oīa celestia adorāt deū. z sic nihil ꝑtermittuz q̄n laborat i laudē dei. g̃ ꝙgruū z ꝙuenies ē vt nos xp̄iani q̄ sum⁹ ei⁹ creature rōales laudem⁹ deū i cāticis z melodijs ¶ Jtē no. ex ifra trahit q̄ in toto vniuerso triplex ē loc⁹ q̄ cognos

scit deū trinū z vnū. scz summus medius z infimus. Sūmus sicut celuz Medius sicut terra. Infimus sicut tartar⁹. Primus est bonus. qz ibi est summa letitia. Scōs medio mō se hz. qz ibi est spes z timoz. Sz terci⁹ est pessimus. qz ibi ē summa tristicia. Ex illa triplicitate loci autoz innuit tri⁄plicitatē psonaꝝ. q̄ aliter sic declarat. Nā in aīa rōnali ē memoria intelli⁄gentia z volūtas. Primū attribuit patri. scōm filio. terciū spūisctō. Vel sic. in sole repiunt tria. scz suba solis. splēdoz. z caloz Substātia solis gene rat splendorē. splendoz generat calorē. z vnū sine alio eē nō pt. Sic pater generat filiū. scz spūsctūs est procedens ab vtroq;. ¶ Itē nota. trinitas ps⁄naꝝ hz cognosci ex distinctōe z pprietate nr̄e opatōnis. nā ad quēlibet ar⁄tificē effectū pducere volentē req̄runt tria. Primo q; possit. si em̄ non po⁄test effectū pducere iuanū laborat Scōo req̄rit q; sciat. qz si nescit nō pt la borare. Tercio req̄rit q; velit. qz si noluerit effectū nō pducit. Sic etiā in diuinis patri ascribit potentia. qz pt oīa. Filio ascribit sapientia. qz oīa scit. Spūisctō ascribit volūtas. z hec q̄uis vnū sunt ereadē essentia. tñ iste pprietates sunt distincte. Et vulgaribꝫ seu rusticis datur grossum ex⁄emplū de trinitate vnitate dei. nā sicut aqua glacies z nix sunt tres res di stincte. attamē ꝓfluūt in vnā naturā aquaticā. Sic pater z filiꝰ z spūssan ctus sunt tres psone. attamē ꝓueniūt in vnā naturam deitatis. vñ⁹. Nix glacies z aqua tria noīa. res tñ vna. Sic in psonis trinus deus ē tñ vn⁹. ¶ Itē sciendū. deū esse vnū in substātia pt psuaderi p rōnem phȳsicalem vt habet. viij. phȳsicoꝝ. In mouentibꝫ z motis essentialit subordinatis nō ꝓtingit procedere in infinitū. z p ꝓsequēs datur ꝑmus motoz quo oīa alia mouent. hoc q̄dē deus est. qđ pt ꝑmo celi. Ab hoc q̄dem ente dependet ce lum z tota natura. Itē ōr ꝑmo ethicoꝝ q; non pūt esse duo optima. q̄a sic exponēdo suplatiū negatiue seq̄retur q; vnū illoꝝ eēt superfluū. z sic nō pūt esse plures dij. qz vel vnus illoꝝ esset superfluus. z sic nō pūt esse plures. vel vnus haberet oēs pfectōes. alter ꝯo nō. z sic vnus esset impfectus. qđ ab⁄surdū est dicere. vñ Aristotē. xij. metaph. Entia nolunt disponi male. nec bonū pluralitas ꝑncipatuū. vnus ergo ꝑnceps

¶ Pro terminis nota. sydera ē nomē neutri gn̄ a ꝓbo sido is ere. Itē mare ōr q̄si amarū. qz indulcorari nō pt. qz q̄ aque dulces veniūt ad ma re tūc natāt sursum z pradios solares euaporant Itē arua ē nomē neutri gn̄. z ꝓcat terrā fructuosam. Sz ꝑdita ē ptcipiū a ꝓbo ꝑdor eris. qđ ꝓcat creari. Itē abyssus ē nomē fei gn̄is. z ōr ab a q̄ ē sine z byssus clarus q̄si sine claritate. Sz infima est superfluus huius qđ ē infra. Sz fateor ē ꝓbuz deponētale sēde ꝑiugatōis. z sumit hic in bona ꝓcatōe. z ꝓcat aliq̄d exp̄ sse dicere. Sz modulor aris est ꝓbū deponētale. z ꝓcat cantare. Itē organi⁄ca est nomē abstractū a noīe organū. ¶ Item lra ōr. eya z eya. p hoc vult q; nō solum ore deum laudare debemus. sed etiam corde. z eya est aduer bium hortandi. Item altitronus potest esse vnū nomen adiectū cōpo⁄situm ex obliquo z recto.

O veneranda trinitas. O adorāda vnitas. Per te sum⁹ creati.

vera eternitas. Per te sumus redempti summa tu charitas.

De sancta trinitate

¶ Hec est tercia z vltima ps. in q̄ autor facit exclamatōem cū dictōe petitionis ad ipam individuā essentiā vnitatē dī. (O veneranda trinitas) scz in psonis (o adorāda vnitas) scz in eēntia. o tu (ꝑa eternitas) nos (sumus creati p te) O (tu summa charitas) nos (sumus p te redempti)

Populū cūctū tu ꝓtege salua libera eripe z emūda. Te adoram⁹ oīpotens. tibi canimus. tibi laus z gl̄ia Per infinita secula seculoꝝ

¶ Hūc supplicat sctē trinitati dī. O sancta trinitas (tu ꝓtege). i. defende (salua libera eripe z emūda cūctū populū) Et tūc refert gl̄iaz trinitati dicens. O (oīpotens) de⁹. nos (adoram⁹ te) nos (tibi canimus. tibi) scz sit (laus z gl̄ia. p infinita secula seculoꝝ). i. eternaliter.

☞ Nota. ex lr̄a ꝑncipalr̄ habent̄ duo. Primo q̄ sum⁹ creati p veram eternitatē. q̄ ē individua trinitas. q̄ ē coeterna vnitati. vt patuit ex ꝓhabitis. Secōm ē q̄ sum⁹ redēpti ab eterna morte charitate diuina. de qua dr Joan. xv. Maiorē charitatē nemo hz q̄ꝫ vt aīam suā ponat q̄s p amicis suis. Jtē Joā. iij. Sic de⁹ dilexit mūdū vt filiū suū vnigenitū daret. p mūdo. Jtē Hiero. Magna est dilectio dare res. maior exponere corp⁹ p periculo. maxima sustinere morte p amico. ¶ Jtē lr̄a dr eternitas. Vñ eternitas diuinitatis ē triplex. scz eternitas potētie. qz ibi ē eadē potētia in tribꝰ psonis. vt patuit. Scda ē eternitas durationis. qz ille tres psone eque durant. tā a pteañ q̄ꝫ a pte post. qz fili⁹ dr sapia patris. sz de⁹ pater nū q̄ꝫ fuit sine sapiētia. g̃ nū q̄ꝫ fuit sine filio. Tercia ē eternitas pfectōnis. qz ille tres psone hñt eque pfectissimā essentiā. in q̄ eēntia nō ē aliud filij. nec aliō patris. sz bñ ali⁹ pater. ali⁹ fili⁹ ⁊c. qz illa ē ꝑa. pater ē ali⁹ a filio. qz ali⁹ psone diuersitatē dr. sz pater alia psona a filio z spūsctō ē. g̃ ⁊c. sz illa ē hereticā. pater ē aliud filij. qz ly aliō dr diuersitatē eēntie. z sic cēt sensus. q̄ essentia q̄ ē inter patrē z filiū esset diuersa. sz h̄ ē falsuz. g̃ ⁊c. Jtē nota. autor in hac snīa hortat ad ꝓfessionē vere fidei. z postea inuitat nos ad ꝓmēdationem sctē trinitatis ¶ Vlt̄o q̄ vlteri⁹ nota. q̄ hec tota sequentia ē collecta ex symbolo athanasij. in q̄ ipe docz fidē catholicā. z ea q̄ requnt ad salutionē nostrā. ¶ Jtē nota. ad fidē sancte trinitatis trahimur triplici funiculo. q̄ funicul⁹ triplex difficulter rūpitur. q̄ trahimur de ꝓfundo culpe. Jste est pater filius z spūssanct⁹. Vñ btūs Aug⁹. Funiculus fidei trinitatis nunq̄ ꝓsumit. cum trī nō sit nouus sed antiquissim⁹. qz patriarcha Abraā vidit tres z vnū adorauit. Jtē in fide trinitatis trib⁹ digitis apprehendimus eā z in gl̄ia collocamur. vñ Esa. xl. Quis appendit trib⁹ digitis molem terre. vñ terra eccl̄iam fcat. qz sicut sup aquas fundata est. sic eccl̄ia sup aquas baptismatis. vñ ps̄. Quia ipe sup maria fundauit eam fundata aūt est trib⁹ digitis. i. fide trinitatis. vnde in euāgelio Baptisantes eos in noīe patris z filij z spūssancti

¶ Pro lr̄a nota. autor dr q̄ p eternitatē sum⁹ creati ad designādū q̄ eternitas sit coeterna trinitati. vt ps̄ in libro Geñ. ſ. vbi dr Faciam⁹ hoiez ad imaginē z silitudinē nostrā. dr eīn faciam⁹. ꝓter trinitatē psonaꝝ in diuinis. z dr imaginē in singulari. ꝓter vnitatē eēntie. vt ꝓus patūit in ꝓma

ſtentia huiꝰ ꝓſe. Itē ſeculū ſcat ſpaciū centū annoꝝ. Et ſm regulā Pri ſciani. grūs plurāl'lup aliquē terminū reflexus iportat excellentiā. g̃ dr in lra. ſecula ſeculoꝝ. ad deſignādū excellētiā cētenarij nūeri in annis. ſz cum addīk infinita. ꝙ ꝫ eternitas deſignak q̄ deſcribi nō ꝑt niſi ſub tꝑe infinito.

LAuda ſyon ſaluatorem. lauda ducem z paſtorem in hym nis z canticis. Quantū potes tantum aude. qz maior om ni laude nec laudare ſufficis

¶ Hec eſt alia ſequētia q̄ in memoriā z reuerentiā gl̃oſi ſacramēti corpo ris z ſanguinis xp̃i ꝙpoſita eſt. Et diuiditur ꝑncipalr in duas ꝑtes. In ꝑma ꝑte hortak fideles ad laudē xp̃i. In ſcōa ꝑte introducit ꝑncipalē ma teriam huius feſti. Scōa ibi. Laudis thema ſpēalis. Pro ꝑmo dr ſic. O (ſyon). i. aīa fidelis (lauda ſaluatorē. lauda ducē z paſtorē) tnū (in hym nis). i. cū cantu exteriori (z canticis). i. ſub iubilo interioris mentis. z o ſy on tu (aude q̄tum potes. qz) ſcz ſaluator tuus eſt (maior oīi laude. nec ſufficis). i. nō potes ſufficienter (laudare) ſcz deum

¶ Nota. ſicut Dauid ꝓpheta ſcribit in pſalmo. Memoriam fecit mira biliū ſuoꝝ miſericors z miſerator dñs eſcam dedit timentib; ſe. In ꝯb; verbis eꝯdem ipe Dauid ꝓpheta deſcribit memoriā mirabiliū tenendā quā ꝑparare fecit Jeſus ad eſum agni paſchalis in memoriam ſuoꝝ mi rabiliū. qz ꝑcepit vt diſcipuli haberent memoriam de diuerſis ſermonib; factis z auditis in cena dñi ¶ Scōo nota. multiplex ponit eſca. Prima eſt eſca refectōnis. de qua legit. iij. Reg. xvij. q Helias venit ad viduam in ſarepta que refecit eum cū pane ſubcinericeo. Iſta etiaz eſca refecerunt diſcipuli dñm poſt reſurrectōnem qñ venit ad eos ad mare tyberiadis di cens. Filioli nunq̄d pulmentariū habetis ad māducandū. Scōa eſt eſca reconciliatōis. de qua legit ꝓmo Regū. Cū nabal vt ſtultus negaſſet Da uidi panē z aquā. z ipe Dauid iuraſſet nabal occidere. vxor eius acceptz multis ferculis acceſſit ad Dauid z remouit ꝑ talia fercula iram eius. qz talis eſca reconciliabat indignatōem quam habuit Dauid ꝓtra Nabal Tercia eſt eſca ſuperbie. de qua legitur Heſter ꝓmo. q rex Aſſuerus fecit grande ꝙuiuiū ſuis ꝓncipib; z militib;. in quo q̄dē ꝙuiuio regina ſuꝑbie ē electa. z regina humilitatis eſt aſſumpta. Quarta eſt eſca manifeſtatōis de qua legit in euāgelio Joan. vi. q dñs ſatiauit q̄ncq̄ milia hominuꝝ de duob; piſcibus z quinq̄ panib;. quia ſic manifeſtauit potentiam ſuam. Quinta eſt eſca deceptōis. de qua legit in Geū. q Jacob ꝓparauit pa tri ſuo eſcam. z cooperuit brachia ſua z collū ſuū pellib;. z ſic rapuit bene dictōem fratris ſui eſau ꝛc. Sexta eſt eſca traditōis. quā miniſtrauerunt iudei chriſto crucifixo. vñ ꝓpheta in pſ̄. Et dederunt in eſcā meā fel ꝛc. Septima fuit eſca dilectōis. de qua dr in euāgelio. Sciens Jeſus qz ve nit hora vt tranſeat de hoc mūdo ad patrez fecit preparare cenam. z cena facta ſurrexit. z accepto lintheo lauit pedes diſcipuloꝝ. Octaua eſca ē eterne glorificatiōis. de qua ſcribitur in euāgelio Lu. xxij. Et diſponam.

vobis sicut disposuit mihi pater regnū. vt edatis z bibatis sup mensam meā in regno meo. Sz inter oēs istas escas miserator dñs dedit timentibus se in hoc mūdo escam optimā. q̄ nō erat cōmunis. sz sancta. Vñ legit̄ p̄mo Regū. cū Dauid peteret abimelech sacerdotē vt daret ei panes Rūdit nō habeo panē nisi panē ꝓpositionis. i. panē sanctū Sic dñs noster sacerdos ineternū ꝑm ordinē melchisedech panē z vinū offerēs deo patri nō habuit panē cōem. sz sanctū. Vñ in euāgelio Joānis. vi. Panis quez ego dabo vobis caro mea est ꝛc. hunc panē dedit in escam timentibus se. in memoriā suoꝝ mirabiliū. z illā escā dabit in futura gloria. igit̄ ad eius reuerentiā z huius panis. sez corpis xp̄i hec sequentia est ꝓposita.

¶ Jtē nota. dr in lra. maior omi laude. Ex hoc ptz q̄ deꝰ ab hoīe sufficienter laudari nō p̄t. Vñ autor theologice veritatis sic inq̄t. Diuina dignitas seu deitas tāta est q̄ ipa aia seu mens humana cogitare deficit. qz incōprehensibilis est sensus eā nō ꝑcipit. qz inuisibilis est. intellectꝰ nō cōprehendit. lingua eā nō explicat. qz ineffabilis est. tps eam nō mensurat. qz interminabilis est. locus eā nō recipit. qz incircūscriptibilis est. Etiam scriptura eā nō explicat seu exp̄mit. qz inestimabilis est. virtus eā nō attingit. qz inaccessibilis ē. Desideria z vota trāsgreditur. qz incōparabilis est Ergo breuiter dicatur q̄ oīis creatura ad deum cōparata defectuz habet. qz ꝓparatōnis finiti ad infinitum nulla est ꝓportio. Jtē autor in lra vtik̄ q̄dā figura q̄ dr Apostropha. qz dirigit sermonē suū ad syon absentē tāq̄ ad ꝑsentē. Vñ syon interp̄tat speculatio. z ꝓcat alias fidelē q̄ speculat̄ in cacumine eternoꝝ. vñ dr Esa. Syon regnabit deꝰ tuꝰ speculatoꝝ tuoꝝ. Vñ speculatio diuinitat̄ sub h̄ noīe syon ꝓphendit. qz fideles sunt illumīati in speculo. i. in gr̄a ineorruptibili in radio diuinitat̄.

¶ Pro terminis nota. q̄tum z tantū sunt aduerbia quātitatis. Sed aude est imperatiuus verbi neutropassiui. sez audeo. Jtem sufficio ponit̄ pro verbo absoluto. z ꝓponit̄ a sub z facio

Laudis thema specialis panis viuus z vitalis hodie proponitur. Quem in sacre mensa cene turbe fratrum duodene datum non ambigitur. Sit laus plena. sit sonora. sit iucunda. sit decora mentis iubilatio. Dies enī solennis agitur in qua mense prima recolit̄ huius institutio. In hac mensa noui regis. nouum pascha noue legis phase vetus terminat. Vetustatem nouitas. vmbram fugat veritas. noctem nox eliminat.

¶ Hic autor introducit materiam principalem huius festi. Et diuiditur in duas partes. In p̄ma pertractat materiam historialit̄ penes res gestam. In 2da ptractat eam penes figuram ꝓpheticam mysterialit̄. secūda ibi (Ecce panis) Prima adhuc in duo. Primo ptractat materiā huius festi in generali. Secundo ꝓsequit̄ eam magis in speciali ostendens mira-

cula ꝓpter que eius memoria est habēda. ibi Qđ in cena dñi. Et đt ꝑmo sic (panis viuus) scz in se (z vitalis). i. dans vitā alijs (ꝓnik hodie) scz nobis in die corporis xp̄i (thema). i. materia vel obiectum (spēalis laudis quē) scz panē (nō ambigik). i. nō dubitak. scz eē datū duodene turbe fratꝝ id est apl'oꝝ (in mensa sacre cene). i. vltime cene xp̄i Tunc hortak nos ad laudādū deū z ad gaudiū spūale dicēs (Laus sit plena). i. perfecta. z (sit sonora). i. bñ sonās. z (iubilatio mētis sit iocūda). i. amena (z sit decora) id ē celebris (ēm) ꝑ qz (solēnis dies agik). i. celebrak (in q̄ recolik). i. memoria repetik (ꝑma institutio). i. erectio (huj' mēse). s. corpis z sanguinis xp̄i (in hac mēsa nouū pascha). i. trāsit' (noue legis). i. testamēti (terminat). i. cessare facit (phase vet'). i. vet' pascha. z sic (nouitas) scz huj' sacramenti (fugat). i. depellit (vetustatē. z veritas fugat vmbrā). i. figurā. z lux elimi/nat). i. extirpat z expellit (noctem)

¶ Nota. autor in lr̄a facit duo Primo ꝓtractat materiā huj' sequentie in generali. vt ex isto sensu generali aliq̄ spēalia poterint extirpari Secūdo hortak nos ad celebratōem huius festi ¶ Circa ꝑmū est sciendū q̄ materia huj' festi generaliter est de virtute ꝓbi diuini. qua ꝓtute panis transmutak in corpus z vinū in sanguinē. ad qđ credendū coadiuuat intellect' humanus de his q̄ sumit ex inuentōe humana. z de his que legūtur in sacra scriptura. z de his que videtur in natura Videmus ēm q̄ nature rep̄ coguntur verbis z mutantur. sicut pz de incantatoribꝫ. q̄ adiurant serpentes vt ad manus veniant Item cū verbis acutissimus gladius extratur ita q̄ pdit acutiē z virtutē scindendi Nimirū q̄ ꝓbis diuine institutionis panis ꝓuertak in corpus z vinū in sanguinē Jesu christi. qz vnico ꝓbo fecit omnia qñ dixit fiant z facta sunt. Jtē nota. circa illud qđ đt panis viuus z vitalis. qz viuus z vital' differūt inter se Vñ viuū đr id qđ in seipo viuit z hz vitā. Sed vitalis est qđ comunicat ad vitā. Primo mō hō đr viuus Scđo mō spūs dicunk vitales q̄ viuificāt corp' Sic ad ꝓpositū. cene dñice panis viuus est in se. qz absurdū est dicere deū mortuū vel nō viuum. Etiā est panis vitalis quasi ꝓferens nobis vitā. qz sic deus dilexit mūdū vt filiū suū daret ꝑ mundo. vt oīs qui' credit in illū habeat vitam eternā ¶ Jtē nota. đr in lr̄a hodie ꝓponik. Ex quo ptz q̄ iste panis vocak panis ꝓpositōis Vbi sciendū. q̄ ꝓpositio est duplex. scz logicalis z theologicalis. de ꝑma nihil ad ꝓpositū. Sed ꝓpositio theologicalis est ꝓmunicatio panis celestis. z hec ꝓpositio originē habuit a melchisedech. qui primo ꝓposuit panē z vinū in oblatōem hostie ꝓ. z postea ꝓmēdata ꝑ moisen cū fabricaret tabernaculū federis z ꝓpiciatorijū. sed hec ꝓpositio impleta est ꝑ xp̄m q̄ seipm ꝓposuit discipulis in specie panis z vini dicēs Accipite z comedite. hoc est ēm corpus meū ¶ Jtē nota. pascha nostrū sumpsit originē in cena dñi. z fuit terminus veteris pasche iudeoꝝ. qz pascha eoꝝ erat q̄/dā figura. vñ apl's ꝑma ad Chorin. v. Nescitis qđ modicū fermētū totā massam corrūpit. expurgate vetus fermētum vt sitis noua ꝓspersio. sicut estis azymi Etēm pascha nostrū imolat' est christus Ergo littera bñ đr vmbrā fugat veritas. qz pascha vet' fuit vmbra z figura noui testamenti de quo đr apl's ad Chorin. Ōm oia in figura z vmbra illis ꝓtingebant. scz q̄ melchisedech panē z vinū obtulit. māna de celo pluit Agn' paschal'

De corpore christi

occisus Helias panē subcinericiū comedit ⁊ ambulauit in fortitudine illius Jtē dictū erat Samueli. qr dies veniet qđ hō offeret argentū. ⁊ sacerdos reddet ei buccellā panis Et hmōi multa legunt in vmbra ⁊ figura. q illuminauit veritas huj⁹ sacramēti ¶ Oro terminis nota. thema est nomē neutri gnis tercie declinatōis Ambigo est idē qđ dubito. ⁊ ꝓponit ab am. i. circū. ⁊ ago. ⁊ caret supino Jtē q̄dā textus hūt nocte luxilluminat. tūc exponit sic (lux). i. ꝓphetas noui testamēti (illuminat nocte). i. patefacit figuras veteris testamēti Aliq hūt sic. nocte lux eliminat. ⁊ tūc exponit sicut patuit Et dr elimino quasi extra limen. i. terminū pono.

Qđ in cena xp̄s gessit faciēdū hoc exp̄ssit in sui memoriā. Docti sacris institutis. panē vinū in salutis ꝓsecram⁹ hostiā. Dogma datur christianis. qđ in carnē trāsit panis. ⁊ vinū in sanguinē Qđ non sapis qđ nō vides aīosa firmat fides. p̄ter rerū ordinem

¶ Hic auctor ptractat materiā hui⁹ festi magis in spēali Et diuidit in q̄n q̄ pres ꝑm q̄ auctor ptractat q̄nq̄ mirabilia circa illud sacramentū Scđa ibi Sub diuersis spēb⁹ Tercia ibi A sumēte nō ꝓcisus. Quarta ibi Sumūt boni sumūt mali. Quinta ibi Fracto demū ⁊c. Dicit ꝑmo sic (xp̄s exp̄ssit). i. p̄cepit (hoc) scz esse (faciendū in sui memoriā). i. ꝓmemorationem (qđ gessit). i. fecit (in cena) vnde nos (docti). i. eruditi (sacris institutis). i. diuinis ꝓstitutōib⁹ (ꝓsecramus panē ⁊ vinū in hostiā) id ē sacrificiū (salutis) qđ est corpus ⁊ sanguis xp̄i (Dogma). i. doctrina (dat christianis) scz hoib⁹ (q panis transit) id ē transubstātiat (in carnē) id est corp⁹ christi (⁊ vinū) trāsit ⁊ transmutat (in sanguinē) christi. ⁊ (animosa) id est firma (fides firmat). i. ꝓfirmat (p̄ter ordinē rer̄) scz illud (qđ nō sapis) scz gustu corpali. ⁊ (qđ nō vides) scz visu corporali

¶ Nota. q mirabilia penes sacramētū corpis sunt inaudita ⁊ incōprehensibilia q̄tū ad humanā naturā. vñ ad Roma. xi. Quis em cognouit sensum dñi aut q̄s ꝓsiliarius eius fuit. ⁊ igit qđ sensu nō ꝑcipimus opib⁹ fidei ꝓfirmamus. ⁊ h̄ rōnabiliter. qr multa ꝓtingūt in natura sīlia. ⁊ g̃ illa fide ꝑcipim⁹ q̄ nec visus nec aliq̄s sensuus p̄t enarrare. qr panis solūmō videt ⁊ vinū. sed credit ibi ver̄ corpus xp̄i ⁊ sanguis. vñ Grego. In sacramento altaris aliud est qđ creditur ⁊ aliud est qđ cernitur Huius signū est in natura. nam a sensu cuiuslibet rei substātia cognoscitur. nisi nature substantiaꝫ supcelestiū. q̄ sunt nobis ignote. qr sunt a sensib⁹ nostris elōgate et remote. videmus em albedinē. ⁊ color alb⁹ in corpore hois etiā videt. scz forma humana nō p̄t videri nec apprehendi nisi aliquo mō a posteriori. s. p eius effectus. sed nō p̄t videri nec cognosci p cām Sic dico. q in sacramēto altaris accītia scz color. odor. sapor. rotūditas. ⁊ quātitas subsistūt sine substantia. vñ dr in metaph̄. homo p̄t intelligere accidēs sine subiecto scz dulcedinē sine melle. ⁊ albedinē sine niue. sed quicquid p̄t hō intelligere hoc de⁹ p̄t facere ⁊ multo amplius. ⁊ ideo in illo sacramēto est dulcedo sine dulci. albedo sine albo. rotunditas sine rotūdo ⁊c. Unde sciendum in

hoc pfecte sunt vniuerse res huius mūdi. qz aliqñ deus fecit mutatōem accñtis sine subiecto. sicut pz in aqs amaris. vbi manifeste mutauit amaritudinē aque in dulcedinē. Etiā aliqñ mutat subiectū z accñs simul. vt pz in aqua mutata in vinū. vbi mutata est substantia aque in substātiam vini. z color. odor. z sapor aque sunt mutati in colorē. odorē. z saporē vini Si ergo deus mutauit accidens sine subiecto z aliqñ accñs cuz subiecto reqsiuit pfectio vniuersi q etiā mutaret substantiā sine accidente. vt fit in sacramēto corpis christi in altari. qđ a dño factū est. z est mirabile in oculis nostris. ¶ Item dz in littera. panis transit in carnem. id est ex pane fit corpus dominicū per transsubstantiationem essentialē. z illa mutatio nō est naturalis. sed miraculosa seu supnaturalis. z in tali transsubstantiatione manent accidentia z ppietates. scz albedo que videtur in pane q transsubstātiatus est in carnē. vt pus visum est. nec tñ ista accidētia velut quālitas z figura sunt in corpe xp̄i. qz in deū nullū cadit accñs. etiā nullū accidens ppetuū. vt pz per 2mentatorem quinto phȳsicoz. Sed tñ 2tra hoc aliqs posset arguere. tñ phs. viij. metaph. dr q oīe accñs est in subiecto Siliter habet p̄mo phȳsicoz. q nullū accidēs est reptibile extra subiectuz Ad hoc ē dicēdū. q phs loqtur fm cursum naturalē. nō aūt fm viā theologoz z supnaturalē ¶ Pro q nota vtrū q triplex ē mutatio. scz artificialis. natural'. z spūalis. Artificial' est. q hz fieri p artē. sicut qñ vitrū fit ex cineribz Sed natural' est duplex. scz substātial' z accidētal'. Accidētalis est qñ idē subiectū manet sub diuersis accñtibz. sicut qñ corpus aliqđ mutat de albedine in nigredinē Sz substātial' est qñ eadē materia manet sub diuersis formis substātialibz sibiīnuicē succedētibz. Exēplū eadē materia q nūc stat sub forma hois postea stat sub forma cadaueris Sed spūalis est qñ nec materia nec subiectū manet. sz solū accñs. z illa vocat supnaturalis qz in mutatōe illa p̄tus supnatural' p̄t facere accñtia stare sine subiecto. et illa trāsmutatio fit in sacramento altaris

¶ Pro terminis nota. exp̄mo 2ponit ab ex z p̄mo is. z hz exp̄ssi in p̄terito Sz aiosus plura fcat Primo idē ē qđ sapiēs Secdo idē est qđ supbz Tertio idē est qđ fortis vel firmus. z sic capit hic. z venit a noīe animus Sed fides ē nomē fei gñis dnte declinatōis. z describit sic. Fides ē 2fidentia sine hesitatōe nō p̄cedente via demōstratōis.

Sub diuersis spēbz. signis tm̄ z nō rebz. latent res eximie. Caro cibz. sanguis potus. manet tm̄ christus totus sub vtraqz specie

¶ Hic autor declarat scdm miraculū dicēs (Res eximie latēt). i. abscondite sunt (sub diuersis spēbz) scz panis z vini (tm̄ signis z nō rebz) qz panis z vinū trāsmutant in vez corpus z sanguinē xp̄i Deinde declarat q sunt ille res eximie dicēs (Caro) scz xp̄i est (cibz) z (sanguis) xp̄i est (potus. tm̄ xp̄s manet totus sub vtraqz specie) scz panis z vini

¶ Nota. autor vult tm̄ dicere. licet in altari videamus diuersas spēs scilz panis z vini. tm̄ nō ē credēdū q aliq̄ pars dei sit sub vino tm̄. z aliq̄ pars dei sit sub specie panis tm̄. nec credēdū est q alius deus sit sub specie panis

et alius deus sub specie vini. sed sub vtraq; specie est vnus verus deus totus incorruptibilis. ¶ Scdo nota. mysteriū huius miraculi ꝓbat ex ꝗdaꝫ silī in natura. qꝫ videmus q̄ nix & glacies sunt spēs distincte sub qbꝫ tñ latet vna res. i. aqua. Sic etiam sub specie panis & vini latet corpus xp̄i integrū & indiuisum. vñ btūs Aug⁹. circa hoc miraculū recitat aliud inciden taliter dicens. Corpus christi sub pluribꝫ hostijs sub maioribꝫ non est maius. vel sub minoribꝫ non est minus. nec augmentat. ex eo q̄ multotiens a pluribꝫ ꝓficit. Hui⁹ em̄ silē inuenim⁹ in Exodo. de manna p quod de⁹ pauit filios israel in deserto. qꝫ ille ꝗ plus collegit non habuit g̃ plus q̄ ille ꝗ minus collegit. Vnde tpe opportuno vnus sacerdos ꝓsecrat plures partes. nō tñ nisi vnū corpus. ergo ōr. Hoc est em̄ corpus meū ⁊c. Jdē exemplū p̄t haberi de aīa rōnali. videmus em̄ q̄ aīa in corpore maiori nō est maior. nec in corpe minori est minor. qꝫ nō augmentat aucto corpe. qꝫ ōr p̄bs in li. de aīa. q̄ aīa pueri est tā magna sicut aīa viri ꝓfecte etatis. Sic etiam in ꝓposito in qua hostia est tam magn⁹ de⁹ & ꝓfect⁹ sicut in magna.

¶ Pro terminis nota. q̄ lateo est ꝑbū neutrale scdē ꝓiugatōis Jtem res p̄t capi dupl'r. Uno mō ꝓut ꝺcat substam incorporeā & inuisibilez. & sic capit hic. & ōr a ꝑbo reor. i. opinor. qꝫ opinione & fide cognoscimus illa miracula. Alio mō capt' ꝓ subā corporea. vt pz in Ebrar. Non de visibili ⁊c. Eximi⁹ ē nomē adiectīm mobile tm̄. & ōr a ꝑbo eximo is ere. qꝫ hō nobilis debet esse exempt⁹ vltra alios in dignitate

A sumēte nō cōcisus. nō cōfract⁹ nec diuisus integer accipitur Sumit vn⁹ sumūt mille. quātū isti tātū ille. nec sumptus cōsumitur

Hic autor declarat terciū miraculū di. xp̄s (accipit). i. sumit (a sumēte). i. manducāte. scz eū sacramēt aliter (integer) scz sub vtraq; specie (nō cōcisus) nec ꝓfract⁹ nec diuisus. vn⁹ (sumit) scilz corp⁹ xp̄i (& mille sumūt) scz corp⁹ xp̄i. & (ille) vn⁹ sumit (tātum quātū isti) scz mille (nec) scz xp̄s (sumpt⁹ (ab vno vel a mille (ꝓsumit) ¶ Nota. hui⁹ miraculi similitudo repit in natura. nā sicut forma humana tota & indiuidua est in toto indiuiduo. & nō magis in hoc q̄ in alio. & sicut plures hoies nō sunt magis hō q̄ vn⁹ q̄tū ad naturā humanā. sic ex natura corpis xp̄i recipit in hac portione totalr & in qualibet parte totalr. & si diminuūtur spēs panis adhuc corp⁹ xp̄i nō diminuit Scdo nota. circa vltimā ptē huius miraculi cū ōr. nec sumptus ꝓsumit. Similitudo huius miraculi habetur in natura. nā videmus q̄ vigor herbaꝫ reficit visum vel alium sensum. attamē ex hoc nō corrūpit talis vigor vel nō diminuit. Illi etiā panes qbꝫ dñs satiauit ꝗnqꝫ milia hoīm. licz diuisi fuerāt. nō tñ ꝓsumpti nec diminuti sunt. qꝫ de istis ꝗnqꝫ panibꝫ & duobꝫ piscibꝫ collecti sunt duodecim cophini fragmentoꝫ. Sic a simili corp⁹ xp̄i nō diminuit nec ꝓsumit a sumēte Jdeo ōr Damas. Corpus & sanguis Jesu xp̄i in ꝓstitutōem corpis & aie transiens nō corrūpit nec ad secessum mittit ¶ Pro ꝗ vlteri⁹ sciēdū. Aug⁹. circa cōionē corpis xp̄i monet aliud miraculū volēs q̄ ead ē magnitudo quā xp̄s hꝫ in celo. & quam habuit in ara crucis. in qua specie panis ꝓphendit. Ubi legit q̄ Heliseus ꝓphera volēs resuscitare puerū a morte. expādebat se sup puerū & posuit os suum

sup os pueri ꝛ oculos suos sup oculos pueri. sic̄r ꝛ manꝰ. ꝛ sic de toto corpore. mō notū ē ꝙ facies viri maior ē ꝙ facies pueri. quō ḡ ꝓpheta potuit coaptari faciei pueri vt eēnt oculi sup oculos. ꝛ os sup os. ꝓtute diuina videt ꝫ factū ē in figurā huiꝰ. Sic qō in ꝫ sacro geritꝝ vbi corpꝰ xpi non mēsuratꝝ. sz sacramētaliꝝ ē ꝓtentū sub parua specie panis. Itē videmꝰ naturaliꝝ ꝙ pupilla oculi recipit i se spēz magni mōtis dūmō videat mōtē ecce sicut magnꝰ mons recipitꝝ in oculo. sic corpꝰ xpi recipitꝝ in pua hostia

¶ Pro terminis nota. integer ē nomē adiectīm. Sz ꝓcisus est ꝑticipiū a ꝙbo ꝓcidor. Sz ꝓfractꝰ ē ꝑticipiū ꝑteriti tp̄is. ꝛ venit ab illo ꝙbo ꝓfrīgor. Sz sumptꝰ ē ꝑticipiū ꝑteriti tp̄is a ꝙbo passiuo sumor

Sumunt boni sumūt mali. sorte tm̄ inequali. vite vel interitus

Mors ē malis vita bonis. vide paris sumptōis ꝙ sit dispar exitus

¶ Hic autor declarat q̄rtū miraculū di. (boni sumūt). s. corpꝰ xpi ꝛ (mali sumūt) corpꝰ xpi (tm̄ ineq̄li sorte). i. dissimili euētu (vite vl interitꝰ). i. mortz. ꝛ sc̄a sumptio corpis xpi (est mors) spūalis (malis). i. pctōribꝫ (ꝛ vita) spūalis (bonis). i. iustis Et tūc dirigit ꝙmonē suū ad nos dicēs O hō tu (vide). i. ꝓsidera (ꝙ dispar exitꝰ). i. dissimilis finis (sit parz). i. eiusdē (sūptiōis

¶ Nota. ꝙ dr̄us Augꝰ. dr diligēter aduertēdū ē ꝙ cibꝰ iste sine mutatione aliq̄bꝫ est cibꝫ vite. aliq̄bꝫ ē cibꝫ mortis. vt q̄ iustꝰ ē iustificet. ꝛ q̄ insordibꝫ est sordescat. Huiꝰ siḿtudo repitꝝ in natura. qz eadē dulcedine vniꝰ et eiusdē floris fit mel ꝛ venenū. mel in apibꝫ. venenū in aranea. Sic etiā corpus xpi fit iustis redēptio. pctōribꝫ ꝙo eterna dānatio Scdo no. exlra pz meritū ꝛ retributio cōicatōis huiꝰ sacrī. qz iustis ad gliam. pctōribus ꝙo ad eternā dānatōem. Et ḡ dr apls. Probet aūt seipm hō. ꝛ sic de pane illo edat ꝛ de calice bibat. Addit. si q̄s māducauerit ex ꝫ saltē dignevt ire in eternū Sz ꝑ oppositū. si q̄s māducauerit indigne iudiciū sibi māducat

Tercio nota. ꝫ solet q̄ri cōiter. vtꝝ corpꝰ xpi ꝓsecratū a ꝑs byterο pctō remin̄ sit ꝓsecratū ꝙ a ꝑs byterο iusto. Rñdet Joā. de sacro busco super summā raymūdi ꝙ nō. qz corpꝰ xpi nō ꝓsecratꝝ ꝑ meritū sacerdotz. sz ꝑtute ꝙbꝫ. qz sacerdos nō in ꝑsona ꝓpria. sz in ꝑsona dei locatꝝ. mō sicut deteriꝰ nō fit ꝑ deteriorē. sic nō fit melꝰ ꝑ ꝑs byterꝫ meliorē. Quarto no. dr̄us Augꝰ. mouet adhuc alīd dubiū penes sacrm corpis xpi. cū xpus sit magnꝰ ꝛ imensus q̄liter intrat os hois sine lesione oris. Dicit sacra scriptura silē. ꝛ nullꝰ xp̄ian⁹ ignorat sicut xps ingressus ē in vterꝫ ꝙginis sine corruptōne ꝙginis. sic etiā ꝑt intrare os hois sine lesione ipius. Sicr videmus ꝙ radij solares penetrāt vitrū sine vitri corruptōne. sic xps intrat os hois sine oris lesione. ¶ Pro terminis nota. sorte est nomē fei gn̄is deriuatū a ꝙbo sortior iris. Sed interitus est nomē quarte declinatōis Sz par ꝛ dispar sunt nomina oīs generis

Fracto demū sacramento. ne vacilles sed memento. tantū ē sub

fragmento quantum toto tegitur

¶ Hic autor declarat qntū z vltimū miraculū dī. (Ne vacilles) .i. nō dubites (sz memēto) .i. firmiter crede (tantū eē sub fragmēto) .i. sub pticula hostie (qtū tegit) .i. ptinet (toto) .i. sub tota hostia. z b (fracto sacro) id ē hostia in tres ptes diuisa (demū) .i. circa finē misse.

Nulla rei fit scissura. signi tantum fit fractura. qua nec status nec statura signati minuitur.

(Nulla fit scissura) .i. diuisio (rei) .i. corpis xpi (sz tm fit fractura) .i. diuisio (signi) .i. forme panis (qua) .s. fractura. vl p quā fracturā (nec stat) id ē substātia (nec statura) .i. quātitas (signati) .i. corpis xpi qđ signatur et ptinet sub specie panis z vini (minuit) .i. minoratur

¶ Nota ꝓmo. q huj miraculi sile inuenim in natura. Sicut em dr beatus Aug. in li. de qtitate aie. Aia humana in toto corpe est tota z in diuisibilis. z in ptib est tota. ergo sm hoc aia in capite est tota. in corde ē tota. attamē in oib mēbris simil est solū vna aia. Similr verbum qđ mō loquor plures audiūt. z qlibet vestr hz hoc verbū in corde z in mente. attamen est nisi vnū ꝟbū nō derelinquens dictū de ore meo. nō derelinquēs aures vestras. z integrū penetrat ad oīa corda vestra. Sic xps qui est verbū patris totus z integer fuit in sinu patris nō derelinquens patrē. et intrauit in vterū virginis. sic totus vtrobiqz fuit cū tm vnus de sit. Sic etiā celū nō derelinquēs in singulis altarib. z in singulis hostijs. z in singulis ptib hostie est tot z integer in oib simul vnus z indiuisus. Sz in oppositum est hereticus q dr. q illa similitudo claudicat. qr q aia est tota in toto z tota in ptib. hoc fit p ꝯiunctōem ptiū ad totū. Sed q xps est in ptib hostie hoc fit p diuisionē ptiū a toto. g nō est sile. Rndet q nō ē possibile. qr multi hoies possunt capere vnū ꝟbum a pdicatore. z qlibet corpz in corde suo ꝯcipit illud verbū. licet a plurib ꝯcipiatur aurib. Sic xps qui vocat verbū patris. est totus z integer vbicunqz locor. qr si hmōi naturalia ex naturalib declarant. multo fortius p supnaturalia superantur

Jtē nota. q scūs Joannes in Apocalipsi dr de libro signato septez sigillis quē nullus est dignus aperire. Per septem sigilla intelligunt septē miracula circa illud sacramentū. Primū est q idē deus manet pane consecrato qđ fuit ante. hoc sigillū soluit. qr mea intentio pt fieri tua cognitio mediante voce. z tm eadē intētio manet in me que trāstuit in te. Secūdū miraculū. q tanta magnitudo sub tam parua specie latet. z illud sigillū soluitur a sili. qr spēs vnius ciuitatz z magni montis ꝓhendunt in oculo. Tertiū est q tam magnū corpus intrat illesum p os hois. hoc sigillum est solutum in ꝓcedentib. Quartū miraculū q ipe assumitur z non ꝓsumitur. hoc em etiam ꝑus patuit. qr herba odorifera sumitur ab odorante sed ipa herba nō diminuitur. Quintum miraculum est q sacramentum venerabile corporis christi multotiens summitur a peccatorib z ab immūdis hominib. z tamē non polluitur. Illud sigillum soluitur per radios solares. qui mūdi sunt z ꝺiūguntur immūdis reb. z propter hoc ipsi radij nō coinquinātur. multomagis vero inuisibilis z incōmutabilis veritas nō potest coinquinari. Sextum miraculum est. q a plurib sumitur

et in pluribꝫ locis ꝓficit. Illud signū soluitur. qꝛ lumē candele plura illu/
minat siꝫ z semel vna candela manens. Septimū miraculū. q ibi ē quāti
tas sine quanto. dulcedo sine dulci Solutio illius sigilli ptz ex arte me/
taphysicali. vl'etiā mathematicali q̄ ponit abstractōem accidētiū a subie
cto. Et sic oia sigilla ꝓposita huius libri sine lesione apta sunt. Ulū lra se/
curius legit vbi sigilla nō lacerantur. sed illese manent.

¶ Pro termis nota. fracto sacramēto stꝫ duo ablti positi absolute Itē
vacillo idē ē qđ dubito. z ē pme ꝑsu. Itē memēto est ꝑbū defectū z hꝫ
oia tpa a pterito formata. Itē signū dꝛ illud qđ cū apprehēsiuū fuerit du/
cit nos in cognitōem alteriꝰ. Sꝫ minuit ē ꝑbū passiuū illiꝰ ꝑbi minuo

Ecce panis angelorum. factus cibus viatorum. vere panis filio

rum non mittendus canibus.

Hic autor ꝓnter describit materiā corpis xpi ꝓphetice adducēdo figu
ras veterꝫ testamēti. Et diuidit in duas ptes Jn pma pte facit qđ dictū ē
Jn scda ꝑcludit sequētiā p quādā orōem. scda ibi Bone pastor. Et pmo
ondit figuras ꝗb⁹ ꝑmēdat hoc sacrm dicens (Ecce) scz corpus xpi exns
(panis angelox) sc est (factꝰ cib⁹ viatox) .i. hoim in vita pntis seculi la
borantiū. z exns (vere) .i. veraciter (panis filiox) .i. sanctox hominū (nō
mittendus) .i. dandus (canib⁹) .i. prauis hominib⁹

In figuris presignatur. cum Jsaac immolatur. agnus pasce de/

putatur. datur manna patribus.

¶ Predictus panis (plignat) .i. pfigurat (in figuris) scz veteris testamē
ti (cū Jsaac imolat) .i. sacrificat a patre abraā (z deputat agnus pasce cū
dat māna patrib⁹) scz i deserto ¶ Nota. autor tāgit diuersas figuras
quax pma ē. q ꝟ sacrm ē panis angelox. de q̄ dr ps. Panē angelox mā/
ducabit hō. Dicit cū panis angelox. qꝛ reges angelox ē in celis. z sic ho
mines z angeli vtunt eodē pane. vñ ad exaltratōem hois dꝛ in ps. Dimu
isti eū paulomin⁹ ab angel' zc. Scda figura ē q iste panis ē cib⁹ viatoꝝ
de quo legit .iij. Reg. xix. Cū fames esset in terra z nō pluit sup terrā trib⁹
annis z mensib⁹ scz. venit Helias z recepit sub vmbra iuniperi vbi dor/
miens et excitatus vidit panē subcinericiū z vas aque. z comedit z bibit
et ambulabat in fortitudine cibi illius quadraginta dieb⁹ z noctib⁹ vsqꝫ
ad montē dñi. Iste panis ꝑcat hoc viaticū qđ dñs Jesus xps iturus de
hoc mūdo ad patrē suis discipulis dedit. Et ꝙlibet hō tenetur se ꝑparare
ad hoc viaticū in extremis vite sue. z cibabit eū dñs pane vitez intellect⁹
Tercia figura est illa fm quā dñs loquebat mulieri chananee clamanti.
miserere mei fili dauid. z cū discipuli audissent dixerunt. dñe dimitte eaz.
qꝛ clamat post nos. Jesus dixit. nō est bonū sumere panē filiox z mittere
canib⁹ ad manducandū. Matth. xv. Et ergo dicit littera. panis filiorum
Quarta figura est. que figuratur in abraam qñ immolabat filium suum
Jsaac. Ulñ abraam pater multox dꝛ. per quem deus intelligitur. qui im
molauit filiū suū Jsaac. id est christū. qꝛ proꝑio filio suo non pepercit. sꝫ

pro nob oibꝫ tradidit illū. ⁊ ḡ ꝺr lra. cū Jsaac imolaꝝ. Quinta figura ē. cū filij israel trāsirēt p mare rubꝝ imolauerūt agnū paschalē in egypto. sic et nos trāsituri de h̄ mūdo detrm⁹ offerre agnū imaculatū .i. purā ꝓsciam si detrm⁹ corp⁹ xp̄i accipe. ⁊ sic trāsire valeam⁹ p mare .i. de morte ad terrā. pmissionis. ḡ ꝺr lra. agn⁹ paschę deputaꝝ ¶ Sexta figura ē. cū murmurasset pp̄l's ꝓtra dn̄m in deserto. qz deficerēt in panib⁹. tūc pluit eis māna p sex dies in eremo. de q̄ collegit q̄libet iuxta suā mēsurā. Jn die aūt sexta collegerūt cibos duplices ꝓpter sabbatū. ⁊ ꝑm volūtatē ipoꝝ habuit saporē cib⁹ iste. vñ p̄s. Desiderū aie tribuisti eis. ⁊ ḡ ꝺr lra. māna daꝝ patrib⁹ ¶ Jtē nota Exod. xvi. legiꝝ cū filij israel inuenerūt māna dixerūt in se q̄d est h̄. Glo. ꝺr q̄ hec q̄stio quā tūc iudei mouebāt nūq̄ in lege fuit soluta. sz ꝓpter admiratōez panis iste vocat⁹ ē māna. Sz hec q̄stio soluta ē i cena dn̄i. cū em̄ q̄rerēt iudei vl' apli q̄d ē h̄. Christ⁹ rn̄dit. h̄ est corp⁹ meū. ⁊ sic illud māna fuit p̄sagiū corpis xp̄i. ¶ Jtē nota. mittend⁹ ē ꝓncipiū a mitꝛ eris. Jsaac ē nomē ꝓprium indeclinabile. ⁊ interp̄taꝝ risus ꝑm Papiam. Christus em̄ p eū p̄figuratus est risus ⁊ gaudiū oim fideliū

Bone pastor panis vere. Jesu nostri miserere. tu nos pasce nos tuere. tu nos bona fac videre in terra viuentium

¶ Hic au. ꝓñter ꝓcludit canticū suū p quādā oꝛōem hui⁹ sacramēti deū inuocādo dicēs O (Jesu bone pastor) ⁊ (vere panis. miserere nr̄i. tu pasce). i. fone nos. scz corpe tuo. ⁊ tu (tuere). i. defende nos. ⁊ (fac nos videre bona) scz eterna (in terra viuentiū). i. in regno celoꝝ. Juxta illud p̄s. Credo videre bona dn̄i in terra viuentiū.

Tu q̄ cūcta scis ⁊ vales q̄ nos pascis hic mortales. tu nos ibi cōmensales. cohęredes ⁊ sodales fac sanctorum ciuium.

(Tu) xp̄e (q̄ scis). i. cognoscis (⁊ vales). i. pores (cūcta. q̄ pascis). i. nutris. scz corpe ⁊ sanguīe tuo (hic). i. in p̄nti seculo (nos mortales). i. hoīes (tu fac nos ibi). i. in regno celoꝝ (cōmēsales). i. tecū comedentes (cohęredes). i. hereditatē celestꝫ regni tecū possidētes (⁊) fac nos (sodales). i. socios (sctōꝝ ciuiū). i. brōꝝ in celesti vita regnātiū. ¶ Nota. hostia hui⁹ sacramēti ꝺz habere quasdā ꝓditōes respicientes materiā ipius q̄b⁹ hō ꝺz pfrui spūalr q̄ velit hāc hostiā digne māducare. ⁊ patēt in his metris Candida. triticea. tenuis. nō magna rotūda. Expers fermenti. nō salsa sit hostia xp̄i Primo em̄ hostia ꝺz ee candida ⁊ mūda. sic hō ꝺz ee mūd⁹ ⁊ candid⁹ p ꝓfessionē. ꝓritōem. ⁊ satisfactōem añq̄ accedat ad mensam xp̄i. Scō ꝺz ee pfecta de puro tritico qđ ē dulce. sic hō ꝺz esse dulcis in ope ⁊ sermone p charitatē pfectā. Tercio ꝺz esse tenuis. sic hō ꝺz ee moderatus in cibo ⁊ potu nō gulose viuēdo. vñ Exod. Nō hñt potestaꝝ edere agnū q̄ seruiūt tabernaculis voluptatū. Quarto ꝺz esse parua. sic hō ꝺebet esse paruus ⁊ hūilis. Quinto ꝺz esse rotūda. qz oīe rōtūdū ē mobile. sic hō ꝺz esse mobilis ad bonū ⁊ imobilis ad malū. Sexto ꝺz esse sine fermento.

Ñ fermentū fcat' supbiā. qz sicut modicū fermēti corrūpit totā massam sic hō q̄ vult digne accedere dz eē sine supbia z meditari dz q̄ vilis sit natura. qz dr scriptura. Memento hō q̄ cinis es z in cinerē reuerteris. Et alibi Eccl'. vij. Memorare nouissima tua z in eternū nō peccabis Septimo dz eē nō salsa. sal em facit hoīes sitire. z fcat auaricia. sic hō nō dz esse auarus. qz auaricia est seruitus idoloz. ¶ Itē sciendū ad hostiā ꝓsecrādā req̄runt duo p̄ncipal'r. scz intentio ꝓsecrantis. z intētio instituentis. Primo req̄rit intentio ꝓsecrantis. qz si plures hostie ponerent ad altare ita q̄ vna illaz esset absconsa in medio altaris quā sacerdos ignozaret. tūc illa hostia sic recta nō esset ꝓsecrata. Rō est. qz intentio ꝓsecrantiz ad illā nō ferebatur. Scōo req̄rit intētio instituentiz. qz si sacerdos ꝓsecraret iocose totum copz̄inū repletū hostijs p̄ directā formā verboz nulla esset facta cōsecratio. qz nō fuit de intentione instituentis

¶ Pro termis nota. bonꝰ pastoz dr cuiꝰ sunt oues xp̄ie. z ponit aiam suā p̄ ouibꝫ suis. vt pz in euāge. Joan. x. Sic z iam xp̄s fecit q̄n obtulit seipsum p̄ nob in ara crucis. Itē pasce est p̄bū transitū tercie ꝓiugatōis. Sz tueoz est p̄bū deponētale scōe ꝓiugatōis. Sz ꝓmēsales dicunt hi q̄ in eadem mēsa comedūt. Sz coheredes dicunt illi q̄ simul recipiūt aliquā hereditatē. z dr a con q̄ est simꝫ z heres. quasi conheredes deponēdo n

Sancti baptiste xp̄i p̄conis solēnia celebrātes moribꝫ ipm
seq̄mur Ut ad vitā quā p̄dixit assectas suos p̄ducat

¶ Hec sequētia ob reuerentiā z gl̄iam sc̄i Joan. bap. ē ꝓsilata. In qua auoz p̄ncipal'r tria facit. Primo hortat nos ad eiꝰ solēnitatē seu festiuitatē celebrādā. Scōo inuocat sc̄m Joan. declarādo eiꝰ natiuitatē. Tercio dirigit petitōem ad ipm. scōa ibi. Deuoti rē. tercia ibi. Tu q̄ p̄paras fideliū. Dicēs p̄mo nos (celebrātes). i. cū celebritate venerantes (solēnia). i. festiuitates (sc̄i baptiste). s. ioānis (p̄conis) p̄nunciatoris (xp̄i seq̄mur ipm moribꝫ) sctis (vt) ipe sc̄us ioan. bap. (p̄ducat suos assectas). i. sequētes vel seruos (ad vitā) scz eternā (quā p̄dixit) p̄dicādo.

¶ Nota. scribit Malach. iij. Ecce ego mittā vob Heliā xpheta añq̄ veniat dies dñi magnꝰ z horribilis. Ad intellectum illiꝰ xphetie nota. q̄ duplex ē dies dñi. scz dies natiuitatiz. q̄ erat dies exultatōis z leticie. Scōus dies est iudicij. q̄ erit dies miserie z dānatōis. Et fm hoc duplicē credim⁹ fuisse heliā. scz heliā in corpe. z heliā in spū z ꝓtute. Ille ār duplex dies tāgit in ꝓbis p̄dictis. Prima tāgit ibi. cū dr magnꝰ. dr em magnꝰ p̄pter magnitudinē regis nati. Scōa dies tāgit ibi. horribilis. qz illa ē dies miserie z lamētabilis. Et hāc duplicē die dñi p̄cedit duplex helias. Naz p̄mā die p̄currit helias in spū z ꝓtute. Ūñ in euāge. Luc. p̄mo Jpe p̄ibit añ illū in spū z ꝓtute helie. Itē Matth. xi. Cū ioānes misisset ad Jesuz discipulos vt interrogaret eū. Tu es q̄ venturꝰ es an aliū expectamus. Et rñdēs Jesus ait illis. Eūtes renūciate Joāni q̄ audistis z vidistis rē. Illis ār abeuntib⁹ cepit Jesus dicere ad turbas. A diebꝫ Joannis baptiste vsq̄ nūc regnū celoz vim patit. z si vultis recipe ipe est Helias q̄ venturꝰ ē Sz scōm diem p̄cedet helias in corpore. q̄ raptus est in paradysum coz

ꝑaliter. vt testimoniū reddat in nouissimo die. sicut dr Regū. ij. Ipe em̄ Helias ⁊ Enoch sunt testes de aductu dñi. dr em̄ methodius. Mittet dñs duos famulos sinceriss̄imos Enoch ⁊ Heliā q̄ in ei⁹ testimonio furēt ad arguendū ipm̄ inimicū. Dñs em̄ noster Joāne baptistā ꝓmēdando dr. Quid existis in desertū videre ꝓphetā. Etiā dico vobis ⁊ plus q̄ꝫ ꝓphetā. hic est em̄ de quo scriptū est. Ecce ego mitto angelū meū ante faciem tuā ⁊c. Amē dico vob. nō surrexit inter natos mulier maior Joanne bap. ¶ Itē nota. auctor rogat scm̄ Joannē vt seruos suos ꝑducat ad vitā quā ꝑdixit ꝑdicando. Penitentiā agite appropinq̄bit em̄ regnum celorum. hanc vitam oīb̄us ꝓparauit. Fuit em̄ vox clamantis in deserto. parate viam dño Marhei iij. ⁊ Esa. xl.

¶ Pro terminis nota. ꝑco ē nomē cōis gn̄is. q̄ ꝓuenit vtriq̄ sexui Sz solēnia ē nomē neutri gn̄. ⁊ dr a ꝓbo soleo ⁊ ann⁹. q̄ solēnitates solent celebrari in singulis annis. Itē assecla ē nomē cōis gn̄is ꝑme declinatōnis. ⁊ dr a ꝓbo assequor asseqūris. q̄ assecla seq̄tur dñm suū. ⁊ est syncopatū. Et ꝑ auctor implorat scm̄ Joannē vt assecl̄as suos ꝑducat ad vitā eternam. vel ꝑm alios ad vitā q̄ dixit penitentiā agite

Deuoti te sanctissime hominū amice Jesu xp̄i flagitam⁹ vt gaudia ꝓcipiamus Apparens q̄ zacharie gabriel repromisit q̄ tuā celebrarēt obsequijs natiuitatē. Ut ꝑ hec festa eterna gaudia adipiscamur. Qua sancti dei sacris delicijs leti ꝓgaudent.

¶ Hic auctor inuocat scm̄ Joannē cū hoc describens materiā natiuitatis ei⁹ dicēs. O ioānes (sctissime hoim ⁊ amice Jesu xp̄i) nos (deuoti flagitamus). i. rogam⁹ (te) scz Joannē (vt ꝓcipiam⁹). i. accipiam⁹ (gaudia) s⁹ celestia (q̄) s⁹ gaudia (gabriel) s⁹ angel⁹) apparēs zacharie) scz patri tuo (repromisit) s⁹ illis (q̄ celebrarēt). i. honorarēt (tuā natiuitatē). i. diē natalem (obsequijs). i. seruitijs (vt) nos (adipiscamur). i. acq̄ram⁹ (ꝑ hec festa) scz natiuitatis tue (gaudia eterna) ⁊ hoc in patria (qua) scz patria (sctī dei ꝓgaudēt). i. sl̄ gaudēt (leti). i. exultātes (sacris delicijs). i. spūalib⁹

¶ Nota. q̄ btūs Joānes in p̄nti ifa multipl̄r notat. Dicit em̄ ꝓpheta ꝓpter p̄rogatiuā cognitōis. q̄ quicq̄d alij ꝓphete sub dubio dixerunt. ipse digito suo demonstrauit cū dixit Ecce agnus dei. ⁊ ergo ad ꝓmēdatōez ip̄ius dixit christus. Quid existis in desertū videre ꝓphetā. dico vob. hic est plus q̄ꝫ ꝓpheta. q̄ inter natos mulier nō surrexit maior Joāne baptista. ¶ Sedo dr amicus dei ꝓpter p̄rogatiuā dilectōis. q̄ intrantū xp̄s eū dilexit vt idem angelus q̄ deum annūciauit incarnari ipm̄ etiā annunciauit nasci. ¶ Tercio vocatur lucerna ꝓpter ꝓrogatiuā sanctitatis. vñ be. Greg. Nō fuit vasti spaciū p orbis sanctior q̄ꝫ genit⁹ Joāne. ¶ Quarto vocat angel⁹ ꝓpter p̄rogatiuā dignitatis. cui⁹ testimoniū hz a patre celesti q̄ vocat eū angelū. sicut legit de eo Malach. iij. Ecce mittā angelum meū ⁊c. Itē vocat vox clamātis in deserto. ꝓpter p̄rogatiuam p̄dicatōis et humilitatis. q̄ ip̄e docuit reuereri maiores ⁊ sup̄iores. quia de seipso

dixit. Qui de terra est de terra loqtur. Et iterū. Cuius non sum dignus
soluere corrigiā calciamēti. Etiā docuit aduentū regni celoꝝ. quapropter
dr vox clamātis ꝛc. in q̄ est summa felicitas ꝛ beatitudo. g̃ dixit. Penitentiā agite appropinquabit em̄ regnū dei Etiā dixit parare viā dño Ite vocat Helias in spū ꝛ virtute. ꝛ hoc rōne officij. qr ambo sunt p̄cursores dñi. Helias in iudicio. Joānes in eremo. Ite vocat baptista xp̄i ꝓpter excellentiā mirabilis honoris. qr ipe baptisauit xp̄m in iordane baptismū nobis p̄parādo. Ite vocat p̄co. i. p̄cursor dñi. qr p̄parauit viaz dño. ¶ Pro quo sciendū q̄ bt̄us Jo. triplr fuit p̄cursor dñi. scz natiuitatis. p̄dicatōis. ꝛ passionis. Fuit em̄ p̄cursor natiuitatis. qr postq̄ ꝓcepit Helizabet mater ei⁹ in mēse sexto missus ē gabriel angel⁹ in ciuitatē galilee. Lu. j. Et hoc ptz ex eo. qr post salutatōem beata ego Maria salutauit Helizabet cognatā suā. ꝛ ex p̄sentiā dñi exultauit infans i vtero mris. ꝛ sic ꝓstat q̄ sctus Joannes fuit ser mēsib⁹ pus nat⁹ in mundo q̄ xp̄s. Scdo fuit p̄cursor p̄dicatōis. vt dr Mat. iij. In dieb⁹ illis venit Jo. baptista p̄dicās baptismū penitētie. ¶ Fuit etiā p̄cursor passionis vno anno aī passionē xp̄i. Item nota. autor implorat Joannē ꝑ gaudijs ab angelis repromissis Dicitur em̄ in euāge. Et multi in natiuitate ei⁹ gaudebūt. Primo em̄ gauisi erant eius amici ꝛ cognati carnales. Scdo gaudent fideles christiani spūaliter Tercio gaudēt sancti de natiuitate eius eternaliter. ¶ Item nota. dr in lra. sanctissime hoim. qd̄ patz ex p̄dictis. vbi dicebat. Inter natos mulier⁹ ꝛc. Vn̄ sctus Joānes dr magn⁹ triplr. qr fuit nūcius in angelica salutatōne. qr postq̄ bt̄a Helizabet ꝓcepit mēse sexto missus est angelus gabriel ꝛc. et tūc sctus Joānes ꝓpter p̄sentiā dñi letabat in vtero matris. Scdo sanctus Joānes dr magn⁹. qr fuit sanctificat⁹ in vtero. Vn̄ de trib⁹ legit in theologia qui sunt sanctificati in vtero. Primus fuit Sampson. de q̄ legit in libro iudicū. q̄ angelus venit ad vxorē Manue qui dixit ei q̄ eēt partitura filiū. q̄ sua fortitudine filios israel gubernaret. Scdo fuit Hieremias. de quo legit. Priusq̄ exires de vtero sanctificaui te. Tercius fuit sctus Joānes baptista. qui obtinuit p̄ncipatū. qr in annūciatōne eius dixit angel⁹. Hic erit magnus coram dño. ¶ Tercio dr magnus in limbo inferni. vbi sancti patres fuerūt in desolatōe. nō ꝓpter diuturnitatē p̄nis vl̄ ꝓpter demonū vicinitatē. sed ꝓpter diuine visionis p̄uatōem. ꝛ ibi sanctus Joānes ipsos letificauit. scz q̄ cito essent liberandi a vicinitate demonuz et q̄ societati angelorū essent associandi. p̄mo fuit maior. scdo maximus ꝛ sic nullus maior eo surrexit

¶ Pro terminis nota. flagito est ꝓbū trālitū regens post se duplices accūs. vt habet in Alexādro. Ite adipiscor est verbū deponētale. tercie conīugatōis habens adeptū in supino. Sz apparens est ptic̄ipiū decōposite figure. ꝛ dr ab ad ꝛ pareo mutando d in p.

Tu qui preparas fidelium corda. Ne quid vetus vel lubricum deus in eis inueniat. Te vtpoſcimus vt crimina noſtra ꝛ facinora ꝓtinua prece ſtudeas abſoluere

De sancto Joāne baptista

¶ Hic ꝓnter autor dirigit petitões ad bt. Joā. Et diuidit in duas ptes. In ꝑma ꝓtefacit ℏ. In scḋa oñdit effectū petitōis. scḋa ibi Placat⁹ ꝛc. di. O sctē ioānes (tu q̄ ꝑparas corda fideliū ne de⁹ iueniat i eis q̄d deuitū) scz a via ꝓtutū (vt lubricū). i. obscuꝝ ꝛ vicioſum. nos (deposcim⁹). i. roga mus (te. vt studeas absoluere). i. delere (nr̄a crimina) ꝛ nr̄a (facinora). i. minora petā (ꝯtinua p̄ce). i. p tuam frequentē orōnem

¶ Nota. autor ꝓpēdēs officiū sctī Joānis petit eū vt mundet corda. vñ officiū sctī ioā. bap. ē ꝑparare viā dño. Math. iij. Esa. xl. ℏ ptz sic. ipe em̄ interp̄tat lāpas ardēs. qz suis exēplis ꝛ doctrinis facit nos xp̄m ardenter amare. q̄re de ipo dr surrexit helias q̄si ignis ardēs ¶ Item nota. legit in scholastica hiſtoria q⁹ Joā. euāge. hac die migrauit ad dñm. cui⁹ solēnita tes sctā mater eccl̄ia in terciū diē post natiuitatē xp̄i celebrare instituit. sed solēnia bt. Jo. bap. in suo die ꝑmanserūt. Nec mirū est. qz hec dies angelo nūciata fuit. nō aūt dogmatisandū ē q⁹ euāgelista cesserit ioāni bap. tāq̄ minor maiori. nec decēs ē de ℏ disputare q̄s eoꝝ maior sit qō in q̄dā exē plo diuinit⁹ ostēsum ē. Erāt em̄ duo docti. q̄ꝝ vn⁹ baptistā. alter euange listā ꝑferebat. tandē sup ℏ solēni disputatōe inducta q̄libet valde solicitus erat autoritates ꝛ efficaces inuenire rōnes q̄b⁹ suū posset ꝑferre. aduenie te aūt disputatōis die q̄libet sctōꝝ suo emulatori apparuit. dixitq̄ bñ ꝯcor des sum⁹ in celis. de nob nō ē disputandū in terris. Tūc doctores illi si bi⁹nuicē obuiauerūt ꝛ oñi ꝓplo publicauerūt ꝛ dñm bñdixerūt ¶ Jtē no ta. natiuitas sctī Jo. bap. ſm mgr̄m wilhelmū celebrat triplici de cā seu rōne. Primo rōne sctificatōis in vtero. vñ Hiere. Priusq̄ te formarē i vte ro cognoui te ꝛc. Scḋo rōne dignitat⁹ ꝛ officij. Ipe em̄ tāq̄ lucifer venit et eternū gaudiū nobis ꝑmo annūciauit. Tercio rōne iocūditatis. dixit em̄ angel⁹ ad zachariā. ꝛ multi in natiuitate ei⁹ gaudebūt. ¶ Jtē nota. bt. Jo. bap. habuit oīm sctōꝝ ꝑfectōem. fuit em̄ ꝓpheta ꝛ plusq̄ ꝓpheta. quia xp̄m digito demōstrauit. Etiā apl's. qz missus a deo. Etiā fuit martyr. qz p iusticia mortē sustinuit. Etiā fuit ꝯfessor. qz confessus est ꝛ nō negauit. Ecce q̄tis dignitatib⁹ bt. Jo. extollit. ¶ Jtē bt. Jo. bap. in via hac triplex mun⁹ habuit mirabil' gr̄e. Primo habuit grām sctificatōnis. vt dictū est ꝑius. Scḋo meruit grām ꝓphetizādi q̄n in vtero mr̄is exultās deū adē cognouit. vñ Chryſ. volēs oñdere q̄liter fuit pl⁹ q̄z ꝓpheta dr. Prophete est p merito reuelatōis ꝛ fidei ꝓphetia accipe. Sz ipe fuit plus q̄z ꝓphe ta. qz ꝑius fuit ꝓpheta q̄z hō nasceret. Tercio meruit grām vt suis merit⁹ matri daret spm̄ ꝓphetisandi. vñ Chryſ. Quis ꝓphetaꝝ cū eēt ꝓpheta p phetā facere potuit. Helyas vnxit Helizeū in ꝓphetā. nō tn̄ grām ꝓpheti sandi donauit Jste aūt in vtero mr̄is exūs. sciam matri dedit. ꝛ os illius in ꝑbo ꝯfessiōis aperuit. vt cui⁹ nō videbat ꝑsonā cognosceret dignitatē di cens. Unde mihi hoc q⁹ mater dñi venit ad me

¶ Sciendū p terminis. neḋ capit dupl'r. vno mō ꝓut sunt due dictōes et sic capit ℏ. Alio mō capit p vna dictōe. ꝛ est nomē infinitū mobile tm̄ vt hic nequis. hec nequa. hoc neḋ. habēs scḋam declinatōnem ꝓnomis Sz studeo est verbū absolutū carens supīis

¶ Placatus vt ipe suos semꝑ inuisere fideles Et mansionem in

eis facere dignek. Et agni vellere(quē tuo digito mūdi monstraue/
ras tollere crimina)nos velit induere Ut ipsum mereamur angelis
associj. In alba veste seq̄ p portā clarissimā. Amice chr̄isti Joānes

Hic auor oñdit effectū sue petitōis dicēs. (Ut ip̄e)scz de⁹ (placat⁹) id ē placabilis effect⁹. scz p tuas p̄ces (dignek inuisere sp̄).i. frequēter visitare p suā grām (suos fideles Et) vt ip̄e deus (dignek facere in eis)scz fidelib⁹ māsionē. scz p ꝓtinuā p̄nām (Et) vt ip̄e de⁹ (velit nos induere vellere).i. pelle humilitatis z innocētie (agni).i. x̄pi (quē)scz agnū x̄pm (monstraueras tu digito tollere crimina).i. pctā (mūdi. vt) nos (associj).i. associati (angel' mereamur seq̄. ip̄m)scz agnū (in alba veste).i. pura innocentia (p portā clarissimā)scz q̄ intrak in regnū celor. ¶ Notādū. natiuitas scti Joānis bap. a gabriele archāgelo h̄ mō fuit nūciata Legit em̄ i scholastica hystoria. q̄ rex Dauid volēs cultū dei amplificare instituit. xxiij. sacerdotes. q̄z vn⁹ erat maior z summ⁹ pontifex p vnū annū. z sic cōtingebat q̄ zacharias illo anno fuit summ⁹ pōtifex. cui⁹ vxor vocabak Helizabet. z ambo fuerūt senes z absq̄ liberis. Cū aūt zacharias tēplum dñi et sctā sctōr intrasset. apparuit ei angel⁹ gabriel. p cui⁹ visionē zacharias perterritus erat. Ubi ōt glo. q̄ x̄pūs bonor angelor ē ꝓmo ꝓterrere. postea cōsolari Ecōtra vbi aūt mali angeli se in lucis angelos transfigurātes si q̄s ex sui p̄ntia territos senserint ampliori eos horrere ꝓcurāt Et dixit angel⁹ Ne timeas zacharia qm̄ exaudita est orō tua Annūciauit igit gabriel archāgel⁹ zacharie se filiū habitur. cui⁹ nomē esset Joānes. q̄ vinum et sycerā nō biberet. z dñm in spū z virtute helye p̄cedere deberet Tunc zacharias ꝓsiderās se esse senem z vxorē eius sterilē. dubitare cepit. z signum ab angelo req̄siuit. Rñdit angelus dñi. pro eo q̄ meis v̄bis credere nolueris taciturnitatis plaga pcutieris. z sic modulos loquele perdidit. Et huius assignat multiplex rō. Prima. ōt em̄ venerabilis Beda. q̄ diffidendo loquutus est. iō silentio plectit̄ z pcutit̄. vt tacendo credere discat. Scōa rō vt maius miraculū in natiuitate filij appareret q̄m patri in natiuitate filij loq̄la reddebak. Tercia. q̄ ip̄e signū a dño petijt. g̃ taciturnitatē in signū accepit. Quarta. q̄ cōgruū fuit vt ip̄e vocem amitteret q̄m vox clamantis nascebak q̄ sibi silentiū imponeret Sed in natiuitate filij organa vocis recuperauit. postulauit em̄ pugillarē ab amicis vt scriberet q̄liter puer deberet noiari. z scribēdo dixit Joannes est nomē eius. z sic loquelā reacquisiuit Post.q̄ g̃ Helizabet cōcipit q̄nq̄ mensib⁹ se occultauit. q̄ ōt Ambrosius Partus sui erubuit etatem. ne in senectute vacasse libidine videret Hen se aūt sexto btā v̄go maria gl'iosa q̄ dñm iam ꝓcepit. ad Helizabet venit. z cū salutasset eā. btūs ioānes replet⁹ spūsctō sensit filiū dei venisse ad se. z pre gaudio in vtero tripudiauit. z motu salutauit quē voce nō potuit salutare Hāsit g̃ btā v̄go cū cognata sua Helizabet trib⁹ mēsib⁹ ministrās ei z natū suū pueꝝ sanctis manib⁹ de terra leuanit

¶ Pro terminis nota. placatus ē participiū ꝓteriti tp̄is a placor aris. Sz inuisere est v̄bum desideratiue forme. z ꝓponitur ab intuiso is. z fcat cū desiderio videre Sed mereamur ē v̄bum neutropassiuū h̄ns meruiti

De sanctis Petro et Paulo.

p̄terito. Sꝫ vellus transſumit hic p̄ humilitate. Sꝫ aſſocij ꝓponit ab ad
z ſocius mutādo d in s. z eſt ſcē declinatōis.

p Etre ſumme chriſti paſtor et paule gentium doctor. Ec/
cleſiam veſtris doctrinis illuminatam. Per circulum ter
re p̄catus adiuuet veſter

Hic autor ꝓñr ꝑm ordinē feſtoꝝ deſcribit ſequētiā de ſctis aplis Pe
tro z Paulo Et diuidit iſta ſequētia p̄ncipaliꝫ in duas ptes. Jn p̄ma pte
declarat diuerſa miracula p̄ beatos aplos facta. Jn ſcā introducit paſſi
onē eorundē. ſcā ibi (Poſtremo victis ꝛc.) Prima ps adhuc diuidit in
tres ptes. Primo ꝓmēdat beatos aplos de fructuoſa p̄dicatōne. Scdo
oſtēdit retributōes p̄ hmōi p̄dicatōe Tercio ꝓmēdat eos ex miraculoſa
ꝑtutū opatōne. ſcā ibi. Nā dñs. tercia ibi. Hare planta. Dicit p̄mo ſic.
O (petre ſumme paſtor chriſti. z o Paule doctor gētium. veſter p̄catus)
id ē veſtra oratio (adiuuet). ſ. erga deū (eccliam). i. ꝯgregationē fidelium
(illuminatā. veſtris doctrinis). i. p̄dicatōib⁹ (p̄ circulū). i. circuitū (terre).

¶ Notādū q̄ Petrus ſummus paſtor dr. qz ſibi date fuerūt claues reg
gni celoꝝ p̄ncipalius inc̄ſtū erat alioꝝ capitaneus. Jtē btūs Paulus dr
doctor gētiū. iuxta illud Eſa. Poſui te in lucē gētiū vt ſis ſalus ꝫ illis vſq
ad extremū terre. Vñ cū p̄ſequutus eēt chriſtū in tpe ſue ꝓuerſionis miſit
dñs ad eū ananiā dicēs. Surge z vade in vicū q̄ vocat rectus z quere in
domo iude ſaulū. qm̄ vas electōis ē mihi iſte. vt portet nomē meū coram
gētib⁹. Et ideo ſctus Paulus ſingulariter dr doctor gētiū. vñ etiā dr ad
Gala. ij. Cū vidiſſent q̄ creditū ē mihi euangeliū p̄putij. id ē officiū apo/
ſtolatus ad p̄dicandū gētib⁹ ſicut z petro circūciſionis Qui em̄ opatus ē
petro in apoſtolatum circūciſionis opatus ē mihi inter gētes. Et cum co
gnouiſſent gratim q̄ data eſt mihi dextras dederunt mihi. z barnabe vt
nos inter gētes. ſupple p̄dicaremus.

¶ Jtē nota ſanctus Paulus interp̄tat quaſi os tube. Vñ ipe de ſeipſo
dixit. Plus omnibus laborauī. Scdo interp̄tat charitas victorioſa. qa
ipe dixit. Quis infirmat z ego nō infirmor. Tercio interp̄tat cōuerſio mi
raculoſa. vñ in iſta ſequētia. dixit dñs ex baſan. dr Saulū vt ſtrauit pau
lū z ſtatuit. Quarto interp̄tat manus opoſa. qz legit q̄ p̄ vnā partē diei
p̄dicationi inſiſtebat. z alia pte ad victū acquirēdū laboribus ſe inſtituit
Quinto interp̄tat q̄ſi ꝓtēplatio diuinoꝝ. qz raptꝰ fuit in tertiū celū. Sex
to interp̄tat humilitas ꝑtuoſa. vñ de ſeipo dr. Ego minimꝰ apoſtoloꝝ. qz
eccliam dei vltra modū p̄ſecutꝰ ſum ¶ Pro terminis nota. p̄catꝰ ē no/
mē q̄rte declinatōis. a ꝑbo p̄cor aris Sꝫ eccliā dr ab er qđ ē lis. z eleos
gloria. q̄ſi glorias in lite. id ē tribulatōe. vl dr ab en quod ē in z eleos glia
qz in hoc mūdo ſumus in tpe gratie z glorie. Sꝫ illuminata ē participiuꝫ
de cōpoſite figure a ꝑbo illumino

Nam dominus petre celoꝝ tibi claues dono dedit. Armigeꝝ be
niamyn chriſtus te ſcit ſuū vaſeꝫ electum

Hic autor oñdit retributōem muneris p laboze p̄dicatōnis Et p̄mo ponit retributōez scī petri. scdo scī pauli di. (Nā) p qz. o (petre domin⁹ dedit tibi claues celoz) scz ptātē soluendi z ligādi (dono). i. p dono Et o (beniamyn). i. o paule (xp̄s scit te armigez). i. gerentē sua arma z nomē (qz) p et (scit te) esse (suū vas electū) qz de ipo dns dixit Ananie vas electionis ē mihi iste vt portet nomē meū coz̄ cūctis gētib⁹ ¶ Notādū p̄mo circa p̄mum mēbz̄ sentētie q sanctus Petrus sortit plurima nota. Primo dz petrus a petre firmitate. qz firmus fuit in fide sicut petra Cum em dns interzogauit p fide Philippe. quē dicunt homines esse filium hominis. Aliqui dixerūt Joannē baptistam. aliqui hieremiā vel vnū ex pphetis Sed btus petrus respōdit Tu es xp̄s filius dei viui. z post multas cōmendatōes p retributōe date sunt sibi claues regni celoz. qz dictū est sibi. Qd cunqz ligaueris sup terzam erit ligatum z in celis zc. ¶ Secundo vocat. simon. quasi obediēs. qz obediēs fuit xp̄o quādo eū vocauit ¶ Tercio vocat bariona. quasi filius colūbe p̄pter simplicitatē ei⁹ ¶ Quarto vocat cephas. qd interp̄tat caput latine. qz fuit p̄nceps oīm ap̄lorum z caput xp̄ianitatis ¶ Scdo nota. autor vocat sanctū Paulū beniamyn. qz ipe fuit de tribu beniamyn. vt p se attestat in epistola dicēs Ego sum de tribu beniamyn z minimus apostolorum. z nō sum dignus vocari ap̄s Item ex alio vocat beniamyn. qz legit in Gen. xlix. quādo Jacob patriarcha bene diceret filijs suis. vt cū veniret ad beniamyn dixit. Lupus rapax mane comedet predam. vt vespere diuidet spolia. hec aūt pphetia cōpleta est in btō Paulo q mane. i. ante cōuersionē comedet predam. i. psequebat xp̄ianos. Sed vespere. id ē post conuersionē. diuisit spolia. id ē fidem catholicam populis predicabat ipos informando. z ergo vocat beniamyn. id est armiger christi in ope predicationis. ¶ Tercio nota. sanctus Petrus habet tria nomina. scz Simon Petrus z Cephas. que nomina non re sz voce sunt diuersa. Unde Simon est hebraicū Cephas est grecum Petrus vero latinū. hec autē tria nomina habēt se p̄m diuersa idiomata. ad designandū q diuersorū apostolorum futurus pastor esset. Unde simon interp̄tatur obediēs Petrus agnoscens Cephas vero interp̄tatur firmitas vel caput. quia sanctus Petrus fuit obediēs in p̄ceptis. agnoscēs in credēdo. firmus in p̄dicando seu in aduersis. Vel sic fuit obediēs deo patri. vnde in actib⁹ apostolorum Oportz magis obedire deo q̄z hominibus. Agnoscēs fuit deitatē z filiū dei quando dixit. Tu es christus filius dei viui. Etiam fuit firmatus a spiritusancto. vnde p̄s. Verbo dei celi firmati sunt. celi id est apostoli

Pro ifa nota. clauis ē nomē fei gn̄is. z dz a pbo cleo es qd in vna fcatione fcat reserare vel aperire. Sz armiger ē nomē mascu. gn̄is ꝓpositum ex duob⁹ corruptis. s. a noīe arma armoz z a pbo gero. Sz beniamyn ē pp̄riū nomē viri indeclinabile Sz electū. vt hic ponit ē nomē adiectiuū deriuatū a pbo eligo

Mare planta te petre christus cōculcare tue dedit charitati Umbram tui corporis infirmis debilibusq fecit medicinam

Hic autor cōmendat scōs ap̄los ex miraculosa virtutum operatione

Et diuiditur in duas partes In ꝑma commẽdat sctm̃ Petrũ In secũda cõmendat sctm̃ paulum. ibi doctilogos. dicens (O sancte petre. christus dedit tue chantati) id est dilectioni (te cõculcare) id est supplantare (mare planta) id est pede. z sc̃z christus (fecit vmbram tui corporis) id est proce/dentẽ de tuo corpore (medicinã infirmis) id est languidis (cꝫ). i. et (debi/libus) ¶ Notandũ. autor commendat beatos aplos. z primo beatum Petrũ duplici virtute. vt ꝑz in littera. Circa primam est sciendũ. cũ discipuli essent in mari piscantes. tunc Joãnes vidit Jesum stantem in littore maris z dixit Petro. dñs est. z cũ Petrus vidisset dñm dixit. dñe si tu es iube me venire ad te sup aquas. z continue Petrus misit se in mare z ambulauit sup aquas siccis pedib⁹. z cũ dubitasset statim cepit submergi. et sic xps reprehendit Petrũ dicens O modice fidei cur dubitasti. z hoc habetur Joã. xxi. hoc tangit ꝑmus versus huius sequentie. Circa scdam ꝑtem est sciendum. legit in actib⁹ aplorꝫ. ca. vi. ꝙ tanta erat virtus apostolorũ vt ex vmbra eorꝫ sanarent infirmi in lectulis eorꝫ. z hoc virtute spũssancti z ꝓpter ꝓgatiuã dignitatis illud sancto Petro est collatũ ꝓ ceteris vt ibidẽ Veniente petro saltẽ vmbra illius obumbraret quẽcꝫ illorum Pro quo vlterius nota. cuius autor posuit plures virtutes miraculosas sancti petri. tamẽ multis alijs virtutib⁹ est decoratus. vnde dr Chrysosto. Hic super mare ambulauit. z a domino claues regni celorꝫ accepit. z statherã in ore piscis inuenit. tria milia hoim in vna ꝑdicatõe conuertit. ananie mortem ꝑdixit. puellaz suscitauit Cornelium baptisauit. paraliticum curauit. vmbra sui corporis infirmos curauit. in domini transfiguratõne electus est. ab herode incarcerabat. ab angelo liberabatur Indumentuz eius fuit tunica cũ palleo. z nil aliud reꝙsiuit. ecce quantis virtutib⁹ coruscat aplus gloriosus. Refert beatus Clemens de vita ipius ꝙ semper sudarium portabat quo fluẽtes lachrymas tergebat. z quando memor erat dulcis allocutionis z diuine ꝑsentie ꝓ nimio amore lachrymas cõtinere nõ poterat. Item sciẽdũ legitur ꝙ quadam vice dum petrus duos discipulos ad ꝑdicandũ misisset. s. Seruatiũ z Marcianum. z dum p. xx. dietas iuissent sanctus Seruacius defunctus est Marcianus vero ad beatũ Petrũ rediens ꝙd sibi accidit intimauit. cui brũs Petrus dedit baculũ suũ ꝑcipiens vt socium suũ baculo tangeret. qd̃ cũ fecisset. ille ꝙ. xl. diebus mortuus fuerat viuus surrexit Eo tpe erat in hierlm ꝙdam magus noĩe simon. ꝙ se primam veritatẽ sen virtutẽ dicebat z dixit. adorabor vt deus. qz ego sum sermo dei. ego speciosus. ego paraclitus. ego oĩpotẽs vnde dr brũs Dionysius. ꝙ ipe fecit lapides ridere z cantare Etiam fuit potens p aerem volare nouas arbores facere. lapides in panem mutare z in igne sine lesione durare. volẽs disputare cum beato Petro z ostendere ꝙ ipe esset deus Statuto die venit Petrus ad locũ certaminis z astãtibus dixit. Pax vobis fratres qui veritatẽ diligitis Cui simon. tua pace opus nõ habem⁹. Cui petrus ait. cur tunes audire pacẽ. vbi em̃ pax ibi veritas. Simon dixit. nihil ẽ qd̃ dicis. ego ostẽdã deitatis potẽtiaz repẽre adorabis. qz ego sum ꝑma virtꝰ oia potẽs facere. Contra hunc Petrus disputauit z oia maleficia ei⁹ detexit. Videns aũt simon ꝙ scrõ petro resistere nõ posset romã pgrexit. vt ibi tanꝫ deꝰ adorarẽt. qd̃ gcipiẽs tr. petrꝰ

ipm sequebat z ibidē pdicationib⁹ suis multos hoies ad fidē conuertit. z pfertim qrtuor ꝯcubinas pfecti agrippe ad fidē ꝯuertit Vñ pfect⁹ cōmotus occasionē qrebat ptra petrū. dehinc dñs apparuit petro dicēs. simon et nero te pdere cogitant ne timeas. qz ego tecū sum z eruā te. Simon āt amabat a nerone. qz fili⁹ vite z salut⁊ custos putabat Tandē simon fecit se iactitare q posset mortuos suscitare. z accidit q ḋdā iuuenis moriebat vocatis aūt petro z paulo z simone. hāc sniam ꝯfirmauerūt q iste occidere⁊ q mortuū suscitare nō posset Simon dūmō sup mortuos incātatōes faceret visus ē defunct⁹ caput mouere. z sic hoies clamauerūt petrū lapid⁹ dare Petrus aūt ipetrato silentio dixit. si viuat defunctus surgat z ambulet z loquat alioqn sciatis phantasma eē. z dixit. sepe⁊ simon a lecto. z puer⁹ imobilis pmānsit Petrus aūt stans a longe dixit. adolescens in nomine iesu xpi nazareni crucifixi surge. q statim surrexit z ambulauit Cunq⁊ populus simonem magū vellet lapidare Petrus dixit. satis est illi ad penā q cognoscit se esse superatū in artib⁹ suis magicis. magister em̄ noster docuit nos pro malo bonū reddere

Pro terminis nota. ꝯculco as are ē ꝓbū trānsitū ꝯpositū a con z calco mutādo a in u. qō vlteri⁹ ōr a noie calx cis. qō fcat ptē pedis posteriorem

Doctilogos philosophos te paule christ⁹ dat vincere sua voce.

Multiplices victorias tu paule christo per populos acquisisti.

Hic au. ꝯmēdat beatū Paulū di. O (paule xp̄s dat). i. ꝯcedit (te vincere pb̄os doctilogos). i. pb̄is suis doctrinātes (sua voce). i. gr̄a spūssancti. Et o (paule tu acq̄sisti). i. acq̄siuisti (xp̄o multiplices victorias p ppl̄os). s. quos tua pdicatione ad fidē cōuertisti ¶ Notādū. legit⁊ in actib⁹ apostoloꝝ q brūs paul⁹ qn̄ venit athenis intrauit areopagū. i. locū vbi vigilat studiū pb̄ie z hoc sub Dionysio. vbi incepit disputare de resurrectione mortuoꝝ z pb̄os z magistros deuicit. qz in p̄sentia hoīm miraculosa operatione iuuenem mortuū suscitauit. z ille est intellectus p̄mi versus. Sed materia scōi ꝓsus stat in hoc q qn̄ sctūs Paulus in specie peregrini romā venit acq̄siuit multiplices victorias ip̄oꝝ populoꝝ Nero aūt nondū erat imperio cōfirmatus. z sic etiam audiens q de lege iudeoꝝ z fide christianoꝝ inter paulū z iudeos questio habebat non curauit. z sic paulus q̄ volebat libere ibat z pdicabat. Quadā aūt die fama veniente inter iudeos q sctūs paul⁹ pdicaret. qdā iuuenis pincerna regis neronis. vt Paulum cōmodosius audiret fenestrā ascendens vbi incipiens dormire ceciḋit z expirauit. de cui⁹ morte nero multū doluit quē sanct⁹ paulus resuscitauit. z ipe resuscitat⁹ tantā dixit potentiā virtutē z veritatē de deo q rex nero multū cōmotus iussit sanctū Paulū detrūcari. z post decollatōnem caput ipius trina vice resiliens clamauit. O iesu xp̄e miserere mei de cui⁹ corpore vnda z lac vsq ad vestimentū militis exiuit. z postea sanguis effluxit z vbicunq caput saltauit fons aquaꝝ emanauit. qui hodierna die multis infirmis prestat iuuamen. Itē sciendū sctūs Dionysi⁹ ōr de inuentōne capitis sancti pauli. q ḋdā pastor inuenit caput scī pauli in campo z ipm iuxta ouile posuit vbi singulis noctib⁹ ineffabiliter candele luce

bant. qđ cū ipe episcopo z alijs fidelib⁹ enūciasset. dixerūt vere hoc est ca/put scī pauli. Egressus aūt episcop⁹ cū alijs fidelib⁹ caput cū magna so lēnitate attulerūt. z illud pīūgi corpori tentabant. Tūc dixit q̄dā patriar cha. scimus qm̄ multi fideles sunt occisi z capita eorū dispsa sunt. z ergo dubiū est an sit caput scī pauli. Cui episcopus dixit Ponam⁹ ad pedes corpis orando ad dñm. vt si caput suū est quertat corp⁹ z capiti iūgat. qđ cū oib⁹ placuisset. z illis in oratōib⁹ pseuerantib⁹ corpus se vertit in loco z suo capiti se piunxit. z sic omnes deū benedixerunt. qz hoc esse caput san cti Pauli veraciter cognouerūt

¶ Pro terminis nota. doctilog⁹ z doctiloquus idē ꝓcant. z sunt noīa adiectiua. z dr alīqs referens doctrinā. z ꝓponit a noīe doct⁹ ti. z logos sermo. sz doctiloquus dr a doct⁹ z loquor eris Sz phs dr a philos grece id ē amor latine. z sophos sapiētia quasi amator sapiētie

Postremo victis oīb⁹ barbaris. Ad arcē summi pgitis culminis.

Germanos discordes sub iugo christi pacatos iam coacturi

Hic iā psequēter autor ptractat materiā passionis bt̄ōr apl'or petri z pauli dicēs. O petre z paule vos (pgitis). i. cū gaudio ascenditis (ad ar rem). i. celsitudinē (summi culminis). i. celi (victis). i. supatis. s. p sancta3 p̄dicatōem vestrā (oīb⁹ barbaris). i. infidelib⁹ a fide alienis (coacturi) id est pgregaturi (germanos). i. fratres. s. iudeos z gētiles (discordes). s. in fide (iam pacatos). i. recōciliatos (sub iugo). i. fide (christi)

Ibi neronis feritas principis apostolor⁹ prelijs plurimis victo

res diuerse te petre z paule addixerat pene mortis. Te crux associ/

at. te vero gladius cruentus mittit christo

O petre z paule. vos exīmtes (victores apl'or). i. excellētes alios apl'os (plurimis plijs). i. p multa plia p̄dicatōis z passionis (feritas). i. crudeli tas (neronis p̄ncipis). i. imperatoris romani (addixerat). i. adiudicauerat (ibi) sc3 in vrbe romana (te petre z paule pene mortis) vñ o petre (crux as sociat te xp̄o. vero) p sz (gladius cruētus). i. sanguinolētus (mittit te) sc3 paulū xp̄o. Notādū p̄mo de passione scī pauli iā dictū ē. videamus g̃ de passione petri. vñ legit vt dr lr. Hiero. q̄ q̄dā dic simon mag⁹ excelsa3 turrim ascēdit z inde se deijciēs cepit volare p aera. q̄ pcipiēs btūs petr⁹ adiurauit āgelos sathane q̄ p aera ferebāt eū vt eū dimitterēt. q̄ dimissus cecidit z fracto collo expirauit. Qđ audiēs nero multū doluit z petrū per dere cogitauit. z postea btūs petrus a ministris neronis apprehēsus z p̄fe cto agrippe p̄trabat z iussus ē crucifigi Petr⁹ aūt cū vidisset crucem ait. O crux caput meū in terrā dz declinari z pedes ad celū debēt erigi. qz nō sum dign⁹ in cruce eē vt dñs meus. z g̃ dixit. capite deorsum z pedib⁹ sursum me crucifigite Tūc illi crucē p̄terūt pedes sursum caput aūt deorsum po suerūt. tūc petr⁹ de cruce. O crux diu martyrizari optaui sz rectus crucifi/gi nō vsurpaui. tūc petr⁹ grās agēs deo emisit spm Itē sciendū q̄ ab

aliqb dubitaꝝ. vtrū beatus Petrus z paul⁹ eodē die passi sint Et ꝺr btūs Hiero. q sic. etiā sic habet in epla Dionysij q vno die passi sunt. vt pariter ad xp̄m q̄enirēt. vno loco vt vn⁹ ab alcero ꝓpatiētiā caperet. vna ꝓsecuti one. vt eqlis crudelitas ambos ꝓstringeret Et lz ambo eodē die passi sīt. tamē ꝑm aliquos in diuersis locis passi sunt. sed tū ambo rōne eadē passi sunt. vñ⁹. Ense coronatur paulus. cruce petrus. eodem Sub duce. luce. loco. dux nero. roma locus. Ense sacrat paulum. lux dux vrbis. cruce petrū Itē nota autor in lra ꝺr germanos discordes. q hoc intelligit iudeos z grecos. de quo ꝺr Hieron⁹. in prologo ad romanos. q iudei z greci erant discordes litigando inter se qs illoꝝ esset nobilior z ꝓpinquior eterne vite. qz christus erat ipis missus z ex eis natus Dicētes q in euāgelio ꝺr. salus ex iudeis orta est. Dixerunt aūt greci. missus est vobis saluator ad salutē quā nō perpēdistis. qz saluatorē in ligno crucis suspēdistis. nos aūt nescij. z statim cū vidimus credimus. z ergo ꝓpinqores sumus redemptōi eius. Jsto litigio stante btūs ap̄lus misit eis litterā z epistolā q quā eos informaret z cōcordes faceret. ergo littera ꝺr. germanos discordes

Jtem nota lra ꝺr. neronis feritas. vnde nero fuit crudelissimus hominū Cū em̄ Seneca magister suus sperar et mercedē sui laboris cōdignā ait ad ipm̄ Nero. intātū te timeo inc̄tū ictus gladij me ledere posset vt puer cōsueui te metuere. ergo statim morieris. qz viuere non mittere possum te. Dixitq̄ Seneca. si mori me oportz eligā mihi genus mortis Cui nero. festināter eligas Tunc Seneca in aqua balneo facto in vtroq̄ brachio sanguinē minui fecit z ꝓter nimiā emissionē sanguinis ibidē vitā terminauit Itē postremo est aduerbiū tēporis deriuatū a post Barbarus ꝺr oīnis ille q nō obedit romano imperio. Et capiē hic ꝑ crudeli vel infideli. Sed pergo is. est verbū neu. ꝓpositū a ꝑ z rego. Sz coacturus ē participiū futuri tpis a ꝑbo cogo qꝺ vlterius ꝺr a con z ago deponēdo n. Jtē plurimus est suplatiuus huius nois multus

Eli enarrāt gloriā dei filij verbi incarnati facti de terra celi.

Dec em̄ gloria soli dño est cōgrua. Nomē est cuius magni cōsilij angelus. Jstud consiliū lapso homini auxiliū est antiquum z profundū z verum factū solis tantū sanctis cognitum. Cum angelus iste homo natus ex muliere immortale ex mortali de terra celum fecit ex homine angelum.

Hanc sequentiā btūs Hie. ꝓposuit ob reuerentiā z honorē btōꝝ apl̄orū ꝑut diuisi erāt p totū mūdū. Et diuidit in duas ptes ꝑncipales Jn q̄rum ꝑma ponit qꝺā pambulū in q̄ declarat ꝓmendatiōem mittētis sc̄z filij dei. Jn sc̄da parte ꝑsequitur intentū c̄stum ad ministeriū omnium apostoloꝝ p totū mūdum missoꝝ Sc̄da ibi Hic est dñs Primo autor ponit vnā ꝓphetiā quā assumit loco thematis q̄ scribit p salmo. xviij. z applicat

De diuisione apostolorum

eā ad ipm mittentē apl̄os. imponēs ei nomē qđ dehinc vocari angelus magni ꝯsilij dicens. (Celi). i. apl̄i (facti celi). i. hoies celestes (de terra) id ē de hoib⁹ terrestrib⁹ (enarrant). i. p̄dicant (gl̄iam filij dei verbi incarnati) scilz xp̄i q̄ est hō factus (eiꝰ) p quia (hec gl̄ia). s. p̄dicatōis apostolorum (est cōgrua) id est cōueniens (soli dño. cuiꝰ) scz dūi (nomē est angelus) id est nūcius (magni ꝯsilij) et (istud cōsiliū) scz exp̄s (auxiliū homini lapso) id est ꝑdito (z antiquū z ꝓfundum. z) scz est (cognitum tm̄ solis sanctis. z est factum vez cum iste angelus) id est filius dei (homo natus ex muliere). s. ex virgine maria (fecit immortale ex mortali. z fecit de terra) id ē de terrestribus (celum). i. celestes (z fecit angelū ex hoie). Notādū ꝑmo. scribitur in Esa. Qui sunt hi q̄ vt nubes volant z quasi columbe ad fenestras suas. Hec sunt verba admirationis ꝓphetaꝝ z angelorum q̄b⁹ datum est longe ꝑuidere ꝓturem doctrine z p̄dicationis apostolice. vñ admirātes dixerūt. Qui sunt hi qui vt nubes volant In q̄b⁹ ꝓbis principaliter tanguñ duo Primo celestis prudētie sublimitas. Scđo immaculate ꝯuersatōis humilitas. Primū tangit cum dr. vt nubes volant. Ubi no. sancti apostoli post ascensionē dñicā missi in oēm terrā volauerūt in claritate z alacritate vt nubes. fuerūt enī vt nubes nouellū ortū irrigando. infidelem populū a prava fide reuocādo. fideles absq̄ terrore desperatōis fideliter consolando. Primū declarat. qz in nube p̄supponit humiditas ꝯueniens ad irrigandū. Unde in libro Sapiē. scribit. Irrigabo ortū meū z exaltabo mei partus fructū. Scđo ipi apl̄i dicunt nubes ideo fideles a caumatib⁹ concupiscētie defendēdo. vñ ipi designāt p nubē in qua apparuit dñs cū ederet filios israel ex egypto. nā in die p̄cessit eos in nube. z in nocte in colūna nubis. vñ scriptum est. in die illa erit eis vmbraculū z saluabit eos ab estu. a turbine z a pluuia. Et sicut nubes defendūt nos a caumatib⁹ solis sic sancti apl̄i dereliquerūt vel dimiserūt nobis exempla virtutū z doctrinaꝝ q̄b⁹ defendimur nos a caumatibus p̄tōꝝ. Tertio dicunt nubes. populū a terrore desperatōis ꝯsolando. Dicit enī Gregorius sup̄ hoc euāgeliuꝫ Erat aūt aspectꝰ eiꝰ sicut fulgur. q ꝓpter aspectū fulguris custodes ꝑriti sunt timore. sed candor vestimenti apparens mulieribus removebat ab eis pauorē seu terrorē ira q ꝑterrite non sunt. Per istā nubem intelligūtur apl̄i qui terrorē desperatōis populorum multorum removerunt. z spiritū cōsolationis infuderūt Scđo ꝯmēdant ex immaculate ꝯuersatōis humilitate. cum dr. z quasi columbe ad fenestras suas. id est ad celestem requiem quia vitam immaculatam duxerunt Et huic concordat doctrina saluatoris nostri cum dixit apostolis. Estote prudentes sicut serpentes. fidē p̄dicando. z estote simplices sicut columbe. immaculatā vitam per conuersationis simplicitatē habendo. Et q̄ apostoli hanc prudentiā z vitā immaculatā susceperūt post missionē sancti spūs tunc in omnē terrā diuisi sunt. ideo in laudem huius missionis z diuisionis p̄sens sequentia ē cōpilata. Item nota. auctor nominat seros apl̄os celos ꝓpter quasdam cōditiones seu ꝓprietates celorum eis ꝯuenientes. quia celum est primum. natura simplicissimū. essentia subtilissimū. quātitate maximū. qualitate lucidissimū. figura sphericū. incorruptione solidissimū. situ supremū. Ne conditiones attribuūtur apostolis. Primo enī ipsi fuerunt primi xp̄m sequē

tes. vñ xps dixit eis. vos q̄ secuti estis me. Scdo fuerunt simplices in ore vñ xps dixit eis. estote prudētes sicut serpētes. z simplices sicut columbe Tercio fuerūt subtilissimi in intelligēdo. vñ xps dixit eis. vobis ē datum nosse mysteriū regni dei. Quarto fuerūt sētē plationis maximi. vñ salua tor dixit eis. sedebitis sup sedes iudicātes duodecim trib⁹ isrl. Quinto fuerunt in q̄litate p̄dicatōnis lucidi. vñ xps dixit eis. Vos estis lux mundi Sexto fuerūt figure spherice. vñ inter oēs figuras figura spherica ē capacissima. z figure sp̄herice mot⁹ fert p vniuersuz orbē. sic z apli spherici fuerūt qñ p totū orbē terraz mouebāt ambulātes. vñ in oēm terrā exiuit sonus eoz. Septimo fuerūt in charitate incorrupti sicut celū. vñ xps dixit eis. vos estis q̄ mecū pmansistis in tētationib⁹ meis. Octauo fuerūt supre mi. vñ dixit eis xps. gaudete z exultate qm̄ merces vra copiosa ē in celis. Et ppter has ꝓditōes iā enūeratas au. dr sctōs aplos ee celos. assumendo dictū ps. dicētis. Celi enarrāt gl'am. ¶ Jtē au. dr in lra. ꝟbi incarnati. vbi tāgit dictū Johis ꝓmo ca. Et verbū caro factū ē. ¶ Jtē lra dr. facti de terra celi. hoc p̄z sic. q̄z xps aplos terrenos z mundanos exūtes mira sctitate z moz ꝙuersatōe celestes fecit. vñ in euā. Ego vos elegi de mundo vt eatis z fructū afferatis in patiētia Jtē nota. xps dr angel⁹ magni ꝙsilij p figurā q̄ dr antroposphathos hns fieri qñ hūane passiones attribuunt celestib⁹ z diuinis. cū em ꝙsiliū sit de reb⁹ mutabilib⁹ z passibilibus aliter z aliter se potētib⁹ hre q̄ subiacēt nre volūtati. ꝙstat ār q̄ ꝙsiliuz nō cadit in deū. non em̄ hz op⁹ ꝙsilij de aliq̄b⁹ cū oia nuda z apta sint oculis ei⁹. sz figuratiue z metaphorice loquēdo in ꝙatōne ad cognitōem nrām magnū z pfundū erat ꝙsiliū qñ tres pſone ꝙsiliate sunt q̄dnā facerent de reparatōe hoīs q̄ lapsus fuit. sz fili⁹ dei miser⁹ nature hūane fact⁹ ē angel⁹ hui⁹ ꝙsilij. z descēdit in terrā liberās hoiem sua passione. sz hoc cognitum erat tm̄ sanctis q̄b⁹ de⁹ voluit reuelare. erat em̄ angelis ignotū q̄ in ascensione ei⁹ admirātes dixerūt. q̄s ē iste q̄ venit de edon. Etiam erat occultū diabolo. vt dr Orige. sup h euāge. Cū eēt despōsata Maria Joseph. q̄ tinus mysteriū incarnatōnis diabolo celaret qđ si sciuisset nūq̄z in cor iu de misisset q̄ xp̄m tradidisset. ¶ Jtē au. dr (nat⁹ ex muliere) trata em̄ virgo erat mulier ex noie z fama. sz nō in re. Fuit mulier in fama. q̄z viro despōsata. z q̄z vir genuit. s. xp̄m. sz in re mulier nō erat. qm̄ ꝟgo incorrupta ¶ Jtē nota. lra dr. imortalē ex mortali fecit. q̄z suscitauit nos ex opib⁹ mortis vt viuam⁹ deo. vñ sicut p vn⁹ delictū mors intrauit in hoies. z facti sunt mortales. ita p vn⁹ iustificatōem vita redijt in hoies. hō terren⁹ erat q̄ amisit spm̄ gre. sz factus est celestis p resurrectōnem

¶ Pro terminis nota. ꝙgruus a ū. i. ꝙueniēs. Sz angelus interp̄tat q̄st nūcius de celo missus. z dr ab ana qđ ē sursum z gelon nūciatio q̄si nūcius missus a superioribus ad inferiora. Sz lapsus a ū ē principiū p̄teriti tpis derivatū a ꝟbo deponētali labor. Sz cognit⁹ a um ē principiū derivatū a ꝟbo cognosco qđ ꝙponit a con z nosco mutando n in g.

Hic est dominus exercituum deus. cuius sunt angeli missi in terram apostoli. Quibus seipsum viuum pr̄buit resurgens in mul-

De diuisione apostolorū

tis argumentis pacem victor mortis nuncians.

¶ Notādū. scribit Eccī. l. Quasi luna plena in diebꝫ suis lucet. ⁊ q̄si sol effulgēs. sic ille effulsit in tēplo dei. In qbꝫ ꝓbis ꝓmendat te. Martīnꝰ in oibꝫ ꝓrutibꝫ suis. qz effulsit in tēplo ⁊ in ecclīa sua q̄si luna perfecta. Unde sciēdū ꝑm astrologos. q luna ē corpꝰ terrestre. nō q sit ꝓpositū ex terra. sz q i ꝓpatōe ad alios planetas hz se tāq̄ terra ad alia elemēta Est em̄ corpus tenebrosuz nō hns lumē de se sz recipit lumen a sole. ⁊ q̄uis medietas corpis lunarꝫ sit sp illumīata. qz medietas eiꝰ respicit sp solē. nisi fuerit eclypsis. tm̄ q̄tū ad aspectū nostꝝ lumē ipīꝰ auget ⁊ diminuit Ita te. Martīnꝰ optime luna dꝫ corpꝰ hns terrestre. qz natꝰ ē ꝑm cursuz nature et ē illumīatꝰ p grām diuinā q̄ ē tāq̄ sol. Fuit em̄ btus martīnꝰ ꝓplete et pfecte illumīatꝰ. nā radij ipīꝰ erāt pfectissimi ꝑm oēs ꝓrutes morales ho mini possibiles. Fuit em̄ prudens ab erroze infideliū declinando. Fuit iustus gentiliū ⁊ hereticoꝝ scismata dissoluendo. Fuit fortis oibꝫ passionibꝫ cū patientia resistēdo. Fuit tēperatus oēm tentatōnem moderando. Etiā liberalis fuit oibꝫ pauperibꝫ erogādo. Etiā fuit in oi gne ꝓrutū pfectus. ⁊ ḡ refulsit in ecclīa q̄si luna pfecta Sꝫ postq̄ trāsiuit ab ꝟ seculo de luna factꝰ ē sol. Juxta illō euāgeliste. Fulgebūt iusti tāq̄ sol in regno celorꝝ. Et ḡ hec sequētia ē in honorē dei ⁊ sancti martini ꝓpositā. Jtē nota nomē scti Martini merito in hereticis ē fugiendū. Dicit em̄ martinꝰ q̄si martē tenēs. vñ ꝑm astrologos mars dꝫ deꝰ belli. Nā lorica fidei induitꝰ in diebꝫ vite sue inualuit ꝓtra hereticas prauitates. Jtē nota. q hec duo noīa genitrix ⁊ alitrix sumunt ipropꝛie ⁊ metaphorice. qz Pannonia fuit genitrix beati martini. q̄m in tali regione genitus erat. Et italia dꝫ nutrix eiꝰ. qz in italia nutritꝰ fuit. ⁊ ibidē lr̄is sacris imbutus.

¶ Pro terminis nota. catholicꝰ dꝫ q̄si custos vltꝰ fidei. Sꝫ pallidus est nomē adiectm̄. ⁊ dꝫ pallidꝰ q̄si timidus ⁊ verecūdus. nā ex timore hō paller. Jtē pānonia ⁊ italia sunt ꝓpria noīa regionū.

Et gallie trina diuisio sacro certat litigio cui eē detrat p̄sul Sꝫ pariter habere sē patrē oēs gaudeāt. thuroni soli eiꝰ corpꝰ foueant

¶ Hic autor ꝓmēdat beatū martinū rōne ꝓgratulatōis diuersaꝝ regionū in dignitate episcopatꝰ diecēs (Et trina diuisio gallie) illius regionis. gallia em̄ ē in tres ptes diuisa (certat) .i. pugnat vl' litigat (sacro) .i. solenni (litigio) .i. discordi. (cui) scz gallie .i. cuius regionis (p̄sul) .i. epūs vel pontifex (debeat eē) .i. fore (sed) p tm̄ (oēs) scz p̄dicti (gaudeant) .i. letarē. (pariter) .i. sil' (se habere) .i. possidere .s. sanctū martinū (patrē) .i. patronū. tm̄ (soli thuroni) .i. tales populi (foueant) .i. nutriunt possidēt ⁊ in sepulthro tenent (corpus eius) scz sanctissimi martini.

De sancto Martino

Huic francorum atq; germanie plebs omnis plaudat. Quib⁹ videndū inuexit dominū in sua veste.

(Atq;).i.etiā(oīs plebs).i.totus popul⁹(franco⁹).i.frācie oriētalis.(z germanie).i.almanie z teuthonico⁹(plaudat).i.laudes reddat vel plaudendo manib⁹ iubilat(huic).scz beato martino epiſcopo(Quib⁹(.ſ. populis seu hoīb⁹(inuexit).i.induxit z oſtendit(dñm).i.ieſum xp̄m(vi9 dēdū).i.ꝑſpiciēdū vel cernendū(in sua veste).i.in suo pallio qđ pallium dicit uiſit z cuidā mendico tribuit. ¶ Notādum ꝓmo q; beatus martin⁹ saba9 ric ex pānonio⁹ oppido oriund⁹ fuit.scz intra italiā papie alit⁹ fuit z cum patre suo tribuno militū sub ꝓſtātio z iuliano ceſare militauit.nō tñ ſpōte qz ab infantia diuinit⁹ inſpiratus cū eēt.xij.ānoꝝ.inuitꝰ parētib⁹ ad eccleſiam ꝓfluxit z cathecuminū se fieri poſtulauit.h̄ matrē ꝓuertit.pater ꝯo ī errore ꝑmanſit Hic quendā cathecuminū(q; ſine baptiſmo obijt)ſua oratione ad vitā ꝓſtinā reuocauit Jtē aliū q; ia qo fuit ſuſpenſus vite reſtituit. Tercū mortuū ꝑ q̄ mr̄ ei⁹ exoꝛauit beat⁹ martin⁹ in medio cāpi vbi erat innumerabilis multitudo gētilium genua flexit z cūctꝭ aptē videntib⁹ puer a mortuis reſurrexit.q̄ꝓpter oēs illi gēriles ad fidē xp̄i ꝓuerſi ſunt Ih̄ beat⁹ martin⁹ fuit magne ꝓpaſſionis erga delinquentes.qz oēs penitere volentes ſumma ꝓpaſſione recipiebat. Ih̄ cū diabol⁹ eū reꝑhenderet cur pecōres ad penitentiā recipet Rn̄dit ei.ſi tuipſe eo miſerabilis deſiſteres ab infeſtatōe hoīm.z tu factoꝝ tuoꝝ pnām haberes.ego ꝓfiſus in dño miſericordiam dei tibi pollicerer Erat etiā magne pietatis erga pauperes Legitur cm̄ in dialogo q; hr̄. Martin⁹ archidiacono p̄cepit vt regenū veſtiret.ſz cū ille facere diſtuliſſet.ingreſſus Martin⁹ ſecretariū tunicā ꝓpriam exuebat z paupi tribuit z eū recedere iuſſit. Etiā hr̄. Martin⁹ alteri paupi dimidiū pallū dedit z ſequenti nocte xp̄m chlamidis ſue pte q̄ paupem texerat veſtitū vidit ipmq; ad circūſtātes āgelos ſic loquētē audiuit Martinus adhuc cathecumin⁹ hac me veſte ꝓtexit Et h̄ tāgit autoꝝ cū dr.q̄b videndū z̄c. Jtē nota q; gallia regio ſm coſmographos ē triptita.qz vna vocat⁹ italia.ſcda pānonia.tercia thuronia. Itē au. dr franco⁹. vñ duplex eſt francia. vna magna.cuius ꝓnceps dr rex frācie. z ei⁹ inhabitatoꝛes dicunt francigene Alia ē frācia qua z circa thuringiā ꝓſtituta huiꝰ ꝓncipes ſic9 alamani cpi z duces.z huiꝰ inhabitatoꝛes dicūt frācones vel frāciti. z de talibus nō dr h ¶ Pro terminis nota.trin⁹ a ū eſt nomē adiectiū deriuat9 tū a tris grece qđ ē tres latine.Scz thuron⁹ ē nomē adiectiū z dr ihabitatoꝛ ciuitatis thuronēſis.Scz germania dr teuthonica regio

Hic celebris eſt egypti partib⁹ grecie atq; cūctis ſapiētib⁹. Qui impares ſe martini meritis ſentiunt atq; eius medicamini.

¶ Hic autoꝛ ꝓpr̄ ꝓmēdat beatum Martinū ex ꝓpatōne ad alios dicens (Hic)scz ſcūs martin⁹(eſt celebris).i.ſolēnis z maxime ſanct⁹)ptib⁹(.ſ. oīb⁹ finib⁹ z regionib⁹(egypti).i.illius regni(atq;)ꝑ et(cunctis).i.oīb⁹(ſapientib⁹).i.ꝓuidentib⁹.scz magiſtris z doctoꝛib⁹(grecie)illius prouincie vel regionis(Qui)scz greci z egyptij(ſentiunt).i.cognoſcunt z fatēn9

tur(se).i.seipsos(esse impares).i.dissimiles z nullo mō equales(meritis).i. auxilijs z miraculis(sancti martini)illi⁹ episcopi(acq̄).per(medicamina) id est medelis(eius)scz sancti martini

Nam febres sedat.demonesq̄ fugat.paralitica membra glutinat
Et mortuorū sua prece trium reddit corpora vite pristine. Hic rit⁹
sacrilegos destruit.et ad christi gloriā dat ignib⁹ idola. Hic nudis
mysteria brachijs conficiens preditus est celesti lumine

¶ Hic ꝓnr te. Martinū ꝓmēdat ex ꝓpriosa cozuscatione miraculorum dis cens (Nam).p quia(sedat)id est amouet sanat z expellit(febres)tales infirmitates(q̄).p et(fugat).i.expellit(demones)id est diabolos(z gluti nat(.i.ꝓiūgit z solidat(paralitica mēbra).i.organa paralisi vexata.scz redden do eis sanitatē(Et)scz ipe sctūs martin⁹(reddit).i.restituit(sua prece)id est p suas oz̄ones(corpa)id est cadauera(triū mortuoꝝ).i.defunctoꝝ(pri stine vite).i.ad vitā pozē.qz sua p̄ce tres mortuos suscitauit(h̄).s.sanctus martin⁹(destruit).i.annihilat rumpit z frangit(sacrilegos ritus(.i.hereti cas prauitates.qz ꝓuertit infidelis ad fidē catholicā.q̄b⁹ p̄dicauit(z dat) scz ad ꝓburendū(idola).i.imagines idoloꝝ z demonū(ignib⁹).i.flāmis (ad gloriā).i.honorē z laudē(xp̄i).i.om̄ipotētis dei.qz ipse ꝓbussit idola et deos argenteos igne.z edificauit ecclesias ad laudē dei Et(hic)scz san ctus martinus(ꝓficiens).i.ꝓsecrans(nudis brachijs.mysteria).i.sacra.s. sacramenta altaris(p̄ditus).i.circundatus(celesti).i.diuino(lumine)id est claritate dei ¶ Notandum.autoz ꝓmēdat beatū martinū in quinq̄ virtutib⁹ Primo in cura febricitantium.quia legitur q̄ multos infirmos a febrib⁹ curauit.imo hodierna die ad sepulch̄z trāseūtes a tali infirmita te meritis sancti Martini curant.Secūdo ꝓmendat eū in fuga spirituum malignoꝝ. Unde legitur q̄ quodā tēpoze cum p̄mo fuit ordinatus episco pus exiuit ecclesiam.videns hominē obsessum tremētem z insanientem. vt quasi de spuma oris sui fuisset suffocat⁹.quē beatus Martin⁹ tangens cum baculo suo dixit. Non dominet tibi iniq̄tas tua.neq̄ diabolica pote stas.surge z ambula in pace.Ad hec verba homo statim surrexit cunctis videntibus z audientibus.z ab eo cum magno rugitu recessit diabol⁹. Item legitur q̄ quadā vice beatus Martin⁹ cū suis socijs trāsiuit z ora uit.occurrūt eis vacce cū nimio impetu.que antea multos cornib⁹ suis of fenderant.qō beatus Martin⁹ aspiciens vidit diabolum supra dorsum istas agitantem quem recedere iussit z statim recessit Tercio ꝓmendat eū in paraliticoꝝ cura. Unde paralisis est quedam infirmitas dissoluēs mē bra hominū z impediens gressum.de qua infirmitate multos curauit Unde legitur q̄ post obitum sancti Martini fuerunt duo socij.vn⁹ claudus alter paraliticus.qui predicando z mēdicando magnam pecuniā ac quirebant.Audientes vero q̄ corpus sancti Martini multos infirmos sanaret.cum in translatione corp⁹ eius.pcessionaliter ad ecclesiam portare tur.timere ceperunt ne predictū corp⁹ ante hostium portarent.z sic cura rentur.nolebant em̄ consequi sanitatem ne perderent materiam sui lucri.

quapropter de illo hospitio fugientes aliã platea adeuntes corpi ei⁹ ex ipso uiso obuiabãt. z sicãbo ptra volũtatẽ eoꝝ sunt curati. lz dolerẽt multũ et tristarent. ¶ Pro terminis nota. sedo as are ꝑcat pacificare siue determinare. vt discordia illoꝝ est sedata Jtẽ ꝑglutino est ꝓbũ transitũ pri me ꝓiugatõis. z ꝑcat ꝓsolidare

Hic oculis ac manibus in celum z totis viribus suspensus terrena cuncta respuit. Eius ori nũq̃ christus abfuit siue iusticia vl quicquid ad veram vitam pertinet

¶ Hic iã autor ꝓmẽdat beatũ martinũ de sanctitate vite z moꝝ honestate dicẽs (Hic) scz martin⁹ (suspẽsus) .i. eleuatus (oculis) scz exterioꝝ. z etiã cordis (ac manib⁹) .i. operationib⁹ suis exterioꝝ (z totis) .i. oibus (viribus) .i. potentijs (in celum) .i. in deum (respuit) .i. spreuit vel ꝓtempsit (cuncta terrena) scz mundũ. diuitias mundi. z oẽm pompam z honorez mundi (christ⁹) iesus z saluator (nũq̃) .i. nullo tpe (abfuit) .i. defuit (ori ei⁹) scz sancti martini. qz in oĩ tpe orauit z ꝑdicauit (siue) ꝑ vl (iusticia) talis virt⁹ (vel quicqd) .i. omne id qđ (ptinet) .i. spectat (ad verã vitã) .i. ad vitã ꝓemplatiuã vel vitã eternã.

Jgitur te cũcti poscim⁹ o martine. vt q̃ multa mira hic ostẽdisti. Etiã ex celo grãm christi nobis supplicatu tuo semp infundas.

¶ Autor ꝓcludendo canticum suum dirigit petitõnem ad sanctũ Martinum dicens (Jgitur) id est ideo (o martine) beate patrone z pontifex. nos (cuncti) scz hoies xp̃iani (poscimus) id est rogamus z deprecamur. (te. vt) id est sicut. tu (q̃ ostendisti) .i. demonstrasti (hic) .i. in p̃senti seculo (multa mira) .i. multa miracula z signa (etiaꝝ infundas) id est concedere et donare velis (semp) id est cõtinue z oĩ tempore (nobis) scz hominib⁹ christianis te collaudantib⁹ (tuo supplicatu) id ẽ interuenientib⁹ tuis precibus (gratiam) id est misericordiam z fauorem (christi) oĩpotentis dei (de celo) id est de regno celorum. ¶ Notandũ. cũ beatus martinus senio grauaretur semp oculos leuauit in celum. iuxta dictũ psalmiste. Ad te leuaui oculos meos q̃ habitas in celis. licet ex senio iam esset incurua tus. Unde habuit quendã archidiaconũ noie Brictiũ. q̃ sepius eũ deridebat. cuius iustissime z castissime vixit. Unde contigit quodam tempore q quidam cupiens loqui cum beato Martino petijt signum a Brictio archidiacono ꝑ quod sanctũ Martinũ inueniret. Dixit Brictius. Cũ videris virũ annosum curuũ z canũ. in facie rugosum. sursum aspicientem hic est Martin⁹ episcopus. Statim cum hec verba dixisset. sonuerũt in auribus beati Martini tanq̃ si aliquis prope eum loquutus fuisset. cuius valde longe ab eo erat. Postmodũ cũ beatus Martinus ad Brictium venit dixit ei. Quare talia verba dixisti me deridendo. Quod Brictius negauit. Cui beatus Martinus. Vox tua sonuit in auribus meis. Et

qz hoc fecisti Ecce post me episcopatum tenebis. sed huius derisionis vin dictā a deo accipies. Defuncto ergo beato Martino. bīūs Briccius ele/ ctus est in episcopū. Vixit aūt iustissime z castissime. z tñ a suis accusat⁹ de vicio z expulsus. ¶ Jtē nota. q̄ qñ beatus Martinus occubuit. tā Pānonici q̄ thuronici ad eius trāsitū conuenerūt. Quo migrante grādis altercatio inter vtrūq; surrexit populū Dicebāt em̄ pannonici. Noster est monachus. z ḡ ipm̄ req̄rimus. qz sufficit vobis q̄ dum eēt in mūdo vsi fu istis eius colloq̄o. qz participastis cōuiuio. informati em̄ fuistis exemplo. z vtutib⁹ sufficiāt vobis hec oia. Nobis aūt corpus ipius. Ad hoc thu ronici responderunt. Scitote q̄ vobis suscitauit duos mortuos. nobis vō. z plures virtutes fecit vobiscum q̄ nobiscum. Ergo necesse est qđ nobis non impleuit viuens impleat defunctus His igitur litigantibus mox clauditur corpus. z in medio positum ab vtroq; populo custoditur. Deniq; media nocte deo volente omnes Pannonici dormierūt Quod videntes Thuronici comprehensum sanctissimū corpus. alij per fenestrā eijciunt. alij forte suscipiunt positum in naui cum omni populo per fluui/ um discedūt. ingressiq; litoris alueum ad vrbem thuronicā magis psallē tium laudib⁹ iter dirigunt.

¶ Ord declaratōe terminoz nota. Respuit est ꝑbū trāsitiuū tercie cō iugatōis. ꝓpositū a re z spuo. z fcat spernere Sed absum ē ꝑbū neutra le ꝓpositū a ꝓpositōe ab z a verbo sum.

g Laude syon q̄ egressus a te xcorz z rep̄ssus tui fulgor speculi.

Redintua luce redit o z alpha qđ accedit iā in fine seculi

¶ Istud est aliūd canticū ob laudem z honorem sancte Helizabet cō/ pilatū. Qđ diuidit in quattuor partes p̄cipales. Jn quaz p̄ma autor hortat sanctā ecclam ad ꝓgaudēdū in hoc festo. Jn secūda ꝓparat bea/ tā Helizabet ad alios sanctos penes excellentiū. Jn tercia ꝓmēdat beatā Helizabet de virtute miraculoz Jn quarta dirigit petitōem ad sanctam Helizabet. Secūda ibi. Poma p̄ma. tercia ibi. O q̄ dignis. quarta ibi Eya mater. dicens O (syon). i. anima fidelis vel sancta ecclesia (gaude) scz ꝓter hoc (q̄ decor). i. pulcritudo (egressus). i. q̄ exiuit a te (z fulgor) id est splendor (tui speculi). i. speculatōis (depressus). i. elisus z ꝓpressus (redit) id est iterum venit (redintua luce) id est splendore viuido (quod) scz speculū. s^c existens (alpha) id est principium (et o) id est finis omniuz rerum (accedit) id est visitat (iam) id est nune (in fine) id est in termino (se culi) id est mūdi huius

¶ Nota p̄mo. scribit in Prouerbijs cap̄o vltimo Cōsiderauit semitas domus sue. z panem ociosa nō comedit Jn q̄b⁹ q̄dem verbis brā Heliza bet duplicater ꝓmendat. Primo ex eius circūspecta opatōe in pericul'hu/ ius mūdi Secūdo ex occupatōe aīe sue in cogitatōib⁹ ¶ Primū declarat Quoniā ꝓsiderauit semitas domus sue ab omnib⁹ periculis anime z ab insidijs z laqueis diaboli se preseruādo. quia vt beatus Gregorius in ho melia. A malignis spiritib⁹ custodire non sufficit qui thezaurū in via pub lice portat. iam consummitur vt conseruetur Ergo beata Helizabet semitas

sue domus ꝓsiderās thezaurum bone ꝓscientie sue habuit abscōditum ⁊ caute ambulauit in hoc seculo ne a malignis spiritib⁹ posset spoliari. Juxta dictū apli ad Romanos.ij.capl̄o. Videte quō caute ambuletis .nō quasi insipientes.sed vt sapientes. Vñ ipa merito numerat inter sapiētes que habent oleum veniente spōso introuerūt cum eo ad nuptias Deinde declarat scdm.cū dr.panē ociosa nō comedit. Vbi nota q⁹ duplex ē panis scz corpalis ⁊ spūalis siue supsubstantialis. Corpalis est q̄ reficit corpus. Supersubstātialis seu spūalis est qui aīam impinguefit.⁊ sic̄ est duplex occupatio.scz corpalis que designat⁹ p Martham que sollicita erat circa frequens ministerū ⁊ vocat vita activa Alia est spūalis que designatur p mariā q̄ audiens ꝓbū dei optimā partē elegit.⁊ vocat vita ꝓemplativa. Primū panē comedit Helizabet nō ociosa.sz cū prima occupatōe. nā de ea exponit illud Prouerb.vlti.Manus eius apprehenderūt fusum.⁊ panē suū acq̄siuit in labore.iuxta dictū apli. Qui laborat māducat Et circa hūc panē habuit occupatōem corpalē.pauperes colligendo.esurientes ⁊ sitientes reficiēdo.⁊ oīe opus misericordie impēdendo. Etiā btā Helizabet secūdū panē(p quo orat tota ecclia dicēs.panē nostrū q̄tidianum da nobis hodie)comedit nō ociosa.sed cū scda occupatōe comedit. qr omnē tpe cogitauit ea q̄ dei sunt ꝑm doctrinā apli.⁊ sic elegit optimā partē que nō auferet ab ea in eternū ¶ Scdo nota.hec ꝓma sententia est collecta ex duab⁹ ꝓphetijs Hiere. Prima scribit in libro Trenoꝝ sic.egressa est a filia syon oīs decor eius. Scda scribitur in vltima epla. Hiere. vbi dr. Hierl'm indue te vestib⁹ iocūditatis. Prima igit ꝓphetia fuit miserie ⁊ lamētatōis.qñ expugnata ē hierusalē ciuitas.⁊ oīs ꝓpls ductus ē in captiuitatē.⁊ nō erat q̄ redimeret Sz scda fuit exultatōis.qñ data ē ꝓsolatio .vt rediret corona q̄ ceciderat de capite synagoge. Fuit ḡ ante tēpus Helizabet syon.id ē sancta mater ecclesia sine decore speculatōis.qr syon interpretatur speculatio.sed p aduentū huius vidue regressus est decor ⁊ speculū eius.⁊ tūc diuina potētia mūdū visitauit

¶ Pro terminis nota.egressus est participiū deriuatū a ꝓbo egredior. Sz depressus est participiū deriuatū a ꝓbo deprimor cōpositū a de et premor.mutando e in i. Sed rediuiuus est nomē adiectīm ꝓpositum a re ⁊ viuus p interpositōem syllabice adiectōis.scz di. Vel ꝑm Bitronem rediuiuus dr a ꝓbo redtois ire.⁊ dr illud qđ est redeūdum. Item alpha et o sunt duo nomina hebraica. Vbi nota.ipse deus dr alpha ⁊ o. id est ꝓncipiū ⁊ finis omniū rerum. Alpha cm̄ prima littera greci alphabeti per quā designat ꝓncipiū. O vero est figura circularis carens fine. qr ꝓncipium ⁊ finem in vnū cōiungit.per quod designatur q⁹ ipse deus est finis ad quem ordinantur omnia.

Poma ꝑma ꝑmitiuos ꝛc⁹ sctōs adhuc viuos vidit in cacumine
Ut extremos addat ꝑmis q̄uis stāte nos in imis suo visit lumine.

Hic autor ꝓparat tractam Helizabet ad alios sanctos penes excellentiā. Et diuidit in duas partes. In ꝑma parte ꝓparat tractū Helizabet ad sanctos ⁊ electos dei. Scdo cōmendat eam q̄tum ad gaudia supernoꝝ

Scōa ibi. Gaudent astra. Dicens (deus). i. saluator (vidit). i. inspexit z cognouit (in cacumine). i. maiestate z gloria sua (p̄mitiuos sanctos). i. p̄mos electos (adhuc viuos). i. viuentes in hoc mūdo (p̄ma poma). i. p̄ti mos fructus redēptōis. z ip̄e de⁹ (visit). i. frequēter vidit z respexit vel vi sitauit (nos) hoīes (suo lumine). i. p̄ suā grām (q̄uis stāres) s̄c simus (in imis). i. in terris vel vltimis seculis (vt). i. q̄ sc̄z ip̄e deus (addat). i. p̄iun gat (extremos). i. vltimos in fine seculi existentes (p̄mis) sc̄z beatis in re gno celo⁹ Quasi diceret Deus in sua eternitate cognouit p̄mos saluan dos. respiciendo sua gratia etiā nūc saluādos

Sed pre multis te respexit. odor tuus hūc allexit z sapor z puritas

Ut te regū ramis nata iuslevere sis vocata tu dei saturitas

(S̄z)o sctā Helizabet. de⁹ (respexit). i. aspexit (te. pre multis) id ē alijs sctis (odor tu⁹). i. bona fama tua (allexit). i. attraxit (hūc) sc̄z deum (z sa por). i. p̄ēplatio (z puritas). i. innocētia vite. q̄ oratior discretio tua z vi dualis castitas tua eū attraxit vt iugiter tecū p̄maneret (Ut tu nata). i. genita (de ramis regū). i. p̄genie regali (sis vocata). i. noīata (iuste) id ē merito. z (vere). i. veraciter (saturitas). i. repletio (dei) q̄ de plenitudine tue pietatis x̄ps ē sepe enutritus z satiatus. iuxta illud euāgelij Esuriui z cibastis me. nudus fui z vestistis. sitiui z potū dedistis mihi.

☞ Nota p̄ma pars hui⁹ sentētie fundat sup parabolā q̄ scribit̄ Mat thei. xx. Qū paterfamilias exijt p̄mo mane p̄ducere operarios in vineaz suā. z collegit oparios in diuersis horis diei. z cū sero factū esset iussit eis dari singulos denarios. incipiēdo a nouissimis vsq̄ ad p̄mos. Iste pater familias est de⁹ gl̄iosus. q̄ in p̄ncipio creatōis mūdi exijt p̄ducere oparios in vineā suā. z sil̄r exijt circa horā tertiā z sextā. z deinceps p̄m cursum diei. id ē mutatōem mūdi. sc̄z cū sero factū esset. i. tp̄e retributōnis q̄n vnicuiq̄ datur p̄m opera sua. q̄ tūc p̄mo in hac vinea laborauerūt vocant sctī p̄mi tiui. quos visitauit dn̄s dicēs. Quid hic statis tota die ociosi. ite in vine am meā. Hi etiā vocant poma p̄ma. nā p̄mū fructū p̄duxerūt sctām ec clesiā dulcedine suoz pomoz reficiēdo. vñ ecclia magis p̄fortata optauit aduētū dn̄i dicēs illud Canticoz. v. Veniet dilect⁹ meus in hortū suū vt comedat fructus pomoz suoz. i. delectet in fr̄utib⁹ electoz suoz addēdo extremos sanctos p̄mis. z sic erūt nouissimi p̄mi. z p̄mi nouissimi Et in ter tales electos sancta Helizabet etiā numeratur

¶ Itē nota. de hoc q̄ dr odor tuus Ūñ p̄ odorē intelligit fama bone vi te vel fr̄uosa oratio Ūñ de isto odore bone fame dr Salomō. Melius est nomē bonū q̄z vngtēa p̄ciosa. Itē Canticoz. p. In odore vngentoz uz tuoz curremus. z iterū Odor vngentoz sup oīa aromata Sed p̄ sapo rem q̄ ē obiectū gustus dz intelligi intrinseca p̄ēplatio p̄ quā gustat dul cedo bonitatis diuine. de qua dr p̄s. Gustate z videte q̄m suauis est do minus z̄c. Itē nota. Helizabet noīat dei saturitas. Ipsa em̄ saturauit deū cū pauperes dei cibauit z potauit. z ip̄is alia opa misericordie mini strauit Ipsa em̄ nudos vestiuit z vestimenta eoz p̄suebat Ip̄a infirmoz ūm immūdicies velo x̄pio tersit. Ipsa etiā funeribꝰ pauperū semper affuerat

De sancta Helizabet

Ipsa vela pauperib⁹ mulieribꝫ xp̄ijs manib⁹ parauit. z ipa circa paupes in domib⁹ exītes maximā sollicitudinē habebat z leprosos abluebat. z in lecto suo recūbere faciebat Sic ḡ opa misericordie paupib⁹ xp̄i exhibuit. q̄ sibi exhibita xp̄s in euāgelio fatet dicēs. Dō vnī exminimis fecistis hoc mihi fecistis. ergo tene nūcupat saturitas dei

¶ Pro terminis nota. p̄mitiuus est nomē adiectiuū deriuatū a noie p̄mus Sz cacumē sc̄at summitatē vel altitudinē cuiusl libet rei. hic āt capit̄ p altitudine diuine sapiētie Sz extrem⁹. i. vltim⁹ z capit̄ dupl̄r. aliqñ ē suplatiu⁹ grad⁹ huj⁹ aduerbij extra. aliqñ est p se positiu⁹ grad⁹. tūc ꝓparat̄. extremus extremior extremissim⁹. vñ⁹ Sitq; suplat⁹ extremus vel posticiuus. A nobis p̄m⁹. apud grecosq; secūd⁹ Vñ p̄bat vere dici extremissimus inde Sz vīsoē p̄bū desideratiuū tercie ꝓiugatōis. Sz allicio ē verbū tercie ꝓiugatōis ꝓpositū ab ad z licio. mutād o in l.

Gaudent astra matutina q̄ in hora vespertina ortu noui syderis Celi sydus illustrat. in quo terre designat noui signū federis Vere sydus tu preclarū. qđ a sole differt parū et luna lucidius. Tu q̄ sole sis amicta carne p̄bat hic relicta lucis tue radius.

Hic autor ꝓmēdat beatā Helizabet respectu gaudioꝝ supnoꝝ dicens. (Astra matutina). i. angeli in celo (gaudēt). i. lerant (ortu). i. p ortū (noui syderis). i. recētis astri. sez sctē Helizabet (q̄ sydus). i. astrū (celi illustrat) id est illuminat (in hora vesptina). i. in fine mundi (in q̄) sez sydere (terre) id est habitātib⁹ in terra (designat). i. denotat (signū noui federis). i. noue pacis z ꝓcordie inter deū z hoīem p̄ intercessionē z merita sctē Helizabet. O sctā Helizabet (tu) s^e es (vere). i. veraciter (preclaꝝ). i. valde clarū et p̄lucidū (syd⁹). i. astrū (qđ) sez sydus (differt). i. distinguit (paꝝ). i. modicū vel quasi nihil (a sole) a tali planeta (et) s^e es (lucidus). i. clarius vl̄ splendidi⁹ (luna) tali planeta (radius). i. splēdor (tue lucis). i. splendoris p̄tutū z miraculoꝝ tuoꝝ (probat). i. manifestat (q̄ tu) sez Helizabet (sis amicta). i. circūdata (sole). i. gr̄a diuina. z hoc (relicta carne). i. corpe (ꝫ) id est in mūdo Quasi diceret. sancti in celo lerant in hoc q̄ ipe xp̄s existes sydus celi exornat̄ in vltima etate mūdi p̄ sanctitatē sctē Helizabet tanq̄ p̄ splendorē noue stelle. q̄ p ipā z toti mūdo declarat̄ gratia z reprom̄issio dei quā fecit cū dixit. nequaq̄ vltra maledicā terre ꝓpter hoīem Et q̄ btā Helizabet est sydus p̄clar⁹ p̄z p̄ p̄ruosas operatōes z diuersa miracula q̄ christus fecerat per eam

☞ Nota. sctā Helizabet potentissimi regis vngarie filia fuisse dinoscit. q̄ p matrimoniū tradita est nobili viro p̄ncipi Ludouico lātgrauio Thuringie. quē cū exemplo deuotiōis informasset. vt in nullo resisteret q̄ p xp̄o facere decreuisset. ꝓtigit vt ipo viro ꝓsentiēte in manu magistri Conradi de marburg obedientiā faceret z deo seruiens sepe de nocte surrexit z nudū corp⁹ suū tradebat puellis suis secretioribꝫ flagellādū. z hoc cōtinue in quadragesima z in sextis ferijs pegit. Etiam erga paupes ita misericors

extitit ⁊ deuota infirmos ꝓsolādo. leprosos ꝓprijs manib⁹ lauādo. ⁊ pau peres quoscūq; triplr ꝓsolando. scz p ꝓprijs laborē. p ꝓpassionē. ⁊ p mune rū largitōem. Pro q̄ etiā triplicē remuneratōem accepit. p labore q̄rē ppe tuā. p ꝓpassionē diuinā visionē. p elemosynaꝝ largitōe vitā interminabilē recepit Itē nota. p astra matutina itelligunt ā geli. q̄ in matutino siue in mane. i. ꝑmo fuerūt creati. Illi em̄ ā geli gaudēt q; in hora vesptina. i. circa finē mundi. tā nobile syd⁹ celos ascēdit. ipos celos suo splēdore illustrās. Tā angeli gaudēt sup vno petōre penitentiā agēte. ut testat euangelium. Ergo multū gaudēt angeli de hoīe beato celos ascēdente. Itē nota. q; btā Helizabet ꝓpter radios virtutū ⁊ bñficioꝝ. q̄ impartiebat fidelib⁹ ho minib⁹. dicit cē amicta sole. i. ꝛtute diuina. Hoc aūt nō ē intelligendū sim pliciter ⁊ ꝑmarie. scz ex ꝓsequenti. qr istud ꝓncipalr scriptū ē de beatissima ⁊ glorioſissima ꝛgine Maria. sicut legit in Apocalipsi. Signū magnū ap paruit in celo. mulier amicta sole ⁊ luna sub pedib⁹ ei⁹ ⁊c. Scz btā Heli zabet ex ꝓsequenti amicta sole dr ꝑm psalmistā dicentē. Offerent regi vir gines post eā ⁊c. Et btā Helizabet post mortē suam multos infirmos ⁊ egrotos curauit. demones ab hoib⁹ obsessis fugauit. leprosos mūdauit claudos ad pristinū gressum reddidit. mortuos resuscitauit. visum cecis tribuit. paraliticos q̄q; sanauit. Legit em̄ de ipa btā Helizabet. q; q̄daꝫ cec⁹ cui nō solū virt⁹ visiua defuit. sz etiā organū videndi q̄a natiuitate fu it cec⁹. inuocato noīe sctē Helizabet ē illumiat⁹. ⁊ plenarie visum accepit.

¶ Circa vocabula nota. q; vespertinus est nomen adiectiū mobile per tria genera ⁊ per tres terminatōes. ⁊ deriuatur ab illo nomine vesper

Sed differt est verbū anomalū neutralis generis. ⁊ ꝓponitur ab illa ꝓpositōne inseparabili dis. ⁊ ab illo verbo fero mutando s in f. ⁊ ꝑcat idē q; distinguere vel ab inuicem segregare

O q̄dignis fulges signis. vasa rapis a malignis obsessa dæ monijs. Lepre mundas labe tactos. claudos ponis et attractos. in pedum officijs. Quod negatum est nature. tu virtutum agis iure. et potes ex gratia. Uita functos tu reducis. cecis reddis membra lucis ⁊ membrorum spacia.

¶ Hic autor ꝓsequēter ꝓmendat btām Helizabet virtute miraculo rum q̄ dñs p eam opatus est dieēs. O sctā Helizabet. tu (fulges) id ē co ruscas (q̄dignis). i. valde dignus (signis). i. miraculis. tu (rapis). i. libe ras (vasa obsessa) id est corpora obsessa (a malignis) prauis (demonijs) id est diabolis. tu (mundas). i. purgas (tactos). i. captos (labe). i. īmun dicia (lepre) illius infirmitatis. scz ⁊ tu (ponis) id est reddis (claudos et attractos) id est paraliticos ⁊ ꝓtractos (in officijs pedū) scz dando eis gressum (tu) sancta Helizabet (agis). i. facis (iure). i. ex potestate (virtu tum) sc̄e tuaꝝ (⁊ potes). i. vales (ex gratia) scz dei. illud (q̄ est negatum) id est nō ꝓcessum (nature) id est quod est ꝓtra naturā (tu reducis). i. re

paras vel resuscitas (functos vita).i.mortuos.z tu (reddis).i.das (cecis) sc̃ hoibꝫ (mẽbra).i.organa (lucis).i.visiõis z claritatꝫ (et) sc̃ reddis (spacia) id est loca (membrorꝫ) id est oculorꝫ.

¶ Nota.ꝑmo.beata Helizabet multiplr ꝓmendat.z ꝑmo de liberatiõne obsessorꝫ. Unde autor dr in lra.a malignis demonijs.ꝓter dictum Platonis.qui ponit gradꝰ inter demones.z vult q ꝗdam sunt spũs humano generi nõ inuidẽtes.sed magꝫ eos horrantes ad bonũ.z istos plato vocat calodemones quasi bonũ docentes. Sz alij sunt demones ꝗ inuadunt z vexant corpa humana suis obsessionibꝫ.z ab istis sctã Helizabet multos liberauit. Alij sunt pessimi ꝗ aias cruciãt in inferno Itẽ nota.triplex est gradꝰ obsessorꝫ.ꝗdã sunt obsessi vno demone tm. Alij sunt obsessi pluribꝫ.z iste duplex gradꝰ nõ potest curari nisi miraculose z in virtute spũssancti. Quidã vero dicunt esse obsessi sz nõ sunt.nisi ꝙ quandaꝫ infirmitatẽ ex melãcholia ꝓuenientẽ aggrauati.z tales possunt curari ꝙ medicos naturales. Itẽ nota.differentia est inter claudos z attractos seu ꝓtractos. Nam claudicatio causaꝫ ex vulnere neruorꝫ. Sed cõtractio siue attractio sicut dr Auicenna habet duas causas Aliquãdo em causaꝫ ex iracũdia.z tũc est incurabilis. Aliquãdo ex repletione z supfluitate cibi z potus prouenit.z a medicis vocatur spasmꝰ.z definit sic. Spasmꝰ ẽ opilatio neruorum cum contractione eorũdem.z talis est curabilis.

¶ Nota.ꝙ vltima duo miracula.scz resuscitatio mortuorꝫ.z restitutio visus sunt ꝓtra naturã duplr.scz rõne forme.z rõne materie. Rõne forme resuscitatio mortuorꝫ est impossibilis.qz forma particulari destructa nunqꝫ redibit eadẽ in numero.vt ꝓbat in fine scdi libri de generatõe z corruptione.vbi dr ꝙ idem in numero nõ ꝑt reuerti seu generari. Item ꝑm materiam est impossibilis.namꝫ corpꝰ qđ substat vni forme resolutũ nõ recipit formã ꝓrem.z qđ tm fuit mobile violenter post resurrectõem mouebitur naturaliꝫ. Similr intelligitur de scdo miraculo.qz clamant oẽs phi. ꝙ impossibile est fieri regressum a ꝓuatõne in habitum.vt patet in predicamentis.z hoc mere naturaliter loquendo.

¶ Pro termis nota. Negatꝰ a um ẽ nomẽ deriuatũ a ꝓbo negoꝛaris. Itẽ ꝑ illud ꝓplexũ vita functos.autor circũloqꝫtur mortuos

Eya mater nos agnosce.vite libro nos deposce.cũ electis inseri

Ut ꝓsortes tue sortis.z a penis z a portis.eruamur inferi.

¶ Hic autor dirigit petitõem ad sctãm Helizabet dicẽs (Eya mater).i. o sctã Helizabet (tu agnosce).i.cognosce (nos).s. homines (z deposce).i.impetra (nos inseri).i.inscribi (libro vite) id est in regno celorꝫ (cum electis) id est cum sanctis tuis (vt).i.ꝙ.sc̃ (simꝰ ꝓsortes) id ẽ participes (tue sortis).i.eterne btitudinis (eruamur).i.liberemur (a penis).i.a supplicijs (z a portis).i.ab introitibꝫ (inferi).i.inferni

☞ Nota ꝑmo.liber vite nõ est aliud qm̃ liber predestinatorꝫ ad vitam eternam. Unde qui predestinatꝰ fuerit ad salutem dr scriptꝰ in libro vite Et ergo de reprobis dr ps. Deleantur de libro viuentium z cum iustis

nō scribantur. Iste est liber qui erat signatus septem sigillis quē non fuit dignus aperire nisi agn⁹ dei qui occisus fuit in ligno sancte crucis. ꝛ ꝑpte rea numerus electorum recolligitur ibidem. Unde Apoca. et ex qualiber duodecim tribuū duodecim milia signati. ꝛ postea turba multa quā ne⁊ mo dinumerare poterat. que signata est signaculo dei viui Et sic petit au tor vt ꝛ nos eidem numero signato ꝑnumeremur post hanc vitam in eter na patria. Secundo nota. ad ꝑmendatōem Helizabet legitur q⁹ post obitū viri sui ipa de bonis suis hospitale ꝑstruxit. vbi oēs infirmos pau peres ꝛ debiles collegit apud quos se tam benigna ꝛ deuotam exhibuit q⁹ iam nō regina sed mater pauperū dicebatur. Tandez beata Helizabet ꝑpendens magꝭ acceptum esse deo expendere ꝑ seipam bona sua. tūc am plius ꝓpria manu paupib⁹. infirmis ꝛ leprosis necessaria ministrauit. de⁊ biles curauit. vulnera purgauit. claudos ad secessum portauit. Ulñ ꝑti⁊ git quodā tempore vt ꝙdam infirmus piscículos postularet. beata Heli⁊ zabet interrogauit ancillā vtꝝ quosdaz piscículos ꝑseruasset. q̄ dixit se nō habere. Sed beata Helizabet infirmo multū ꝑpatiens rogauit deū vt in firmo piscículos ordinaret. mittens ancillā haurire aquā de fonte. q̄ duz aquā extraxisset peluim plenā piscib⁹ portauit. beata Helizabet hoc mira⁊ culo viso gratias deo referebat. Sed cū diuine placuit pietati q⁹ famule sue vellet remunerare labores misit angelū ad eā q̄ dixit ei vt exeq̄as pre⁊ pararet. qz ad christū esset transitura. que more solito exeq̄as ꝑparauit. ꝛ pluri⁹ hominib⁹ deuoꝭ p̄sentib⁹ feliciter valedixit. in cui⁹ transitu odor suauissim⁹ tam domū repleuit. ꝛ dñs Jesus totum mūdum diuersis mi⁊ raculis meritis beate Helizabet plustrauit. q̄ in ciuitate sua ꝓpria mark⁊ burch in eccl̄ia parrochiali in pace est sepulta.

¶ Pro terminis nota. q⁹ agnosco est ꝑbū transitū tercie ꝑiugatōis cō positū ab an ꝛ nosco. mutando n in g. Sed inseri est infinitiuus passiua⁊ lis hui⁹ verbi inseror. Sed hoc nomen inferus aliqñ est substantiū here⁊ ditum in gñe tm̄. qz in singulari numero est gener⁊ masculini. ꝛ in plura li numero est gener⁊ neutri ꝛ semꝑ scōe declinatōis

s Anctissime virginis votiua festa recolamus. Uenerantes hanc diem preclaram oēs ꝑcinamus. Proferat hec con cio laudes. et deuotio sit syncera. Concrepet organicis modulis ꝛ canticis laude digna.

¶ Hic autor scribit aliud canticū ob reuerentiā ꝛ gloriā ꝑginis catharī⊼ ne ꝑpilatū. Et diuidit in tres partes. In ꝑma autor hortat populū fide⊼ lem ad laudem sce catharine. In scōa parte describit vitam eius penes virtutes meritorias. In tercia parte dirigit petitōnem ad eam vt interce dat pro nobis. secunda ibi. Hanc fuisse. tercia ibi. Ora pro nō. Et dr pri⊼ mo sic. Nos christiani (recolamus) id est peragamus (votiua festa) id ē sacras solenitates (sanctissime ꝑginis) scz catharine (oēs) scz nos chri⊼ stiani (ꝑcinamus) id est ꝑcorditer decantemus (venerantes) id est hono

rantes (hanc preclaram diem. hec concio) id ē turba (proferat) id ē dicat (laudes) scz sancte catharine (z deuotio) id est attentio cordis. scz ipsius turbe (sit syncera) id est pura. z ipa concio (ꝓcrepet) .i. cōsonet (organicis modulis) .i. artificialib⁹ modulis (z canticis) id est voc⁹ naturalib⁹ (digna laude) id est cum debita reuerentia

¶ Nota. scribit in psalmo. xlv. Omnis gloria ei⁹ filie regis ab intus in fimbrijs aureis ⁊c. In qb⁹ verbis sancta catharina ꝓmendat. qm̄ omnis gloria eius quā impendit ei dn̄s originem habuit ab intus. id est ab interiori cordis intentōne. Vñ nota q⁹ virtutes sunt duplices. Quedaz sunt exteriores. scz ꝑtutes sensuales. z sunt qnqz sensus hois q̄ designātur ꝑ quinqz talenta que dedit paterfamilias ꝓmo seruo causa lucri. In his quinqz sensib⁹ oportet nos negociari vt fiat lucrum. qz talentū lucrans cōmendat z eius negociatōni regnū dei ꝓmittit. Sed talentū absconditū reprehendit z a suo possessore aufertur. sicut dr in euangelio Matth. In istis sensib⁹ z talentis p̄nominata puella multas alias virtutes lucrata ē interiores. Ideo dr ab intus in fimbrijs aureis. Sed virtutes interiores sunt duplices. scz morales z intellectuales. Morales sunt quattuor p̄ncipales. scz prudentia. iusticia. fortitudo. z temperantia. q̄ dicunt ꝑtutes cardinales. qz ab his virtutib⁹ oīes alie deriuantur. Sed virtutes intellectuales ꝓm philm sunt qnqz quas ptractat sexto ethicoꝝ. videlicz sapientia. prudētia. ars. scientia z intellect⁹. Et vocant intellectuales. qz intellectus p eas disponit ad summā delectatōem q̄ ꝓsistit in vltima felicitate z pfectōe. He ꝑtutes abundanter intellectū ꝑginis catharine fecundabāt ideo merito dr. ois glia ei⁹. scz catharine. filie regz. scz christi. fuit ab intus id est a ꝑtutib⁹ interioribus. z nō ab exterioribus. qz ꝓm ꝑtutes exteriores nō laudamur necz vituperamur. sed ab eis periclitamur ꝓm dictum euāge. Si oculus tuus aut pes scandalizat te erue eū z ꝓjce abs te. Sz qz hec ꝑgo ℞ata claruit ex virtutib⁹ interioribus. qz gloria ei⁹ erat ab intus. ergo hec sequentia in honorem ipius est ꝓpilata.

¶ Pro terminis nota. ꝓcino est verbū neutrale tercie ꝓiugatōis ꝓpositū a con z cano mutādo a in i. Et differūt ꝓcino z ꝓcinno. vt patuit ibi. Te libri ⁊c. Sz ꝓcio est nomē fei generz deriuatum a ꝓcieo es. qđ ℞cat vocare. z dr ꝓcio quasi populi ꝓuocatio. Sed ꝓcrepo est verbum tercie cōiugatōis neutralis generz. qđ ℞cat sonū facere

Hanc fuisse filiam costi regis vnicam tradunt scripta. Annis pueribus artibus sophisticis fuit clara. Turbam philosophicam vicit et rhetoricam disputando. Hinc regina credidit deos vanos respuit venerari.

¶ Hic autor describit vitā sancte catharine. Et diuidit in duas partes. In ꝑma describit vitam eius. In scda parte insinuat ꝓplementum passionis eiusdē. scda ibi. Fit penalis machina. dicēs (Scripta) .i. sacre scripture (tradunt) id est dicunt (hanc) scz sanctam catharinaz (fuisse) id est ex-

tiſſe (vnicam filiã). i. vnigenitã natam (regis coſti) ſic dicti. z ipa ſancta catharina (in puerilib⁹ annis). i. tempore iuuẽtutis (fuit clara). i. ſplẽdida imbuta z docta (ſophiſticis artib⁹). i. in ſcietijs liberalib⁹. z ipa ſcta catharina (vicit). i. ſupauit (philoſophicã turbã). i. turbã artiſtar⁹ vl' phor⁹ (et rhetoricã turbã). i. turbã rhetor⁹ (diſputãdo). i. p diſputatõem (hinc) id eſt poſt hoc (regina) id eſt vxor maxentij (credidit). i. fidem catholicã aſſumpſit. z (reſpuit). i. ſpreuit (venerari). i. honorare (vanos deos) id ẽ idola ſeu imagines diabolorum

¶ Nota autor in hac parte ptractat vitam bẽate catharine valde breuiter. z vtitur colore rhetorico qui dr breuitas. in hoc q dr eã filiã coſti regis. Vñ coſtus erat rex ſub regno grecor⁹. z morabat in vrbe Alexandria cui⁹ filia fuit ſcta catharina. in cui⁹ honore pſens carmen eſt pilatũ quã miſit pater informari artib⁹ logicalib⁹ z phyſicalib⁹. q̃ inquã catharina ſub imperatore Maxentio paſſa eſt. Qui cũ oẽs hoies tã diuites q̃ paupes ad Alexandriã vocaſſet vt idolis imolarẽt. z chriſtiani ſacrificare nolentes pcepit vt punirent. Catharina annor⁹. xviij. manens in palatio audiens diuerſor⁹ aialiũ rugit⁹ miſit nuncios vt celeriter inq̃rerent q̃dnam hoc eſſet. cui dixerũt. q Maxentius ceſar pcepiſſet p vicinas partes tam paupes q̃ diuites idolis imolare. z chriſtianos punire Quo audito beata catharina cũ alicib⁹ de palatio aſſumptꝰ ſigno crucis ſe muniens venit ad templũ vbi idolis ſacrificia offerebant. z cũ chriſtianos ad ſacrificia idolor⁹ ppelli vidiſſet. p paſſionẽ mota audaciter ſe ingeſſit ad imperatorẽz dicẽs. Salutatõem tibi pferre o impator ordinis dignitas poſtulat z rõnis ſi creatorẽ omniũ cognoſceres. z a cultu idolor⁹ animũ tuũ reuocares. Deinde cepit cũ imperatore diuerſimode diſputare p diuerſa genera cõcluſionũ. z deinde rediens ad colloquiũ dixit. Quare hoies inuanũ compellis ad idolor⁹ ſacrificia. miraris templũ p manus artificis operatuz z ꝓſtructũ. mirarꝰ ornamẽta pciosa que pereũt tanq̃ puluis ante facie venti. Mirare potius celũ z terrã z oĩa q̃ in eis ſunt. z cũ hec aduerterꝰ diligenter agnoſces q̃s illor⁹ ſit potentior. z cũ hoc creperis ipm vez deũ p nobis oib⁹ crucifixũ adora. ipm quoq̃ glorifica. Ipe em̃ eſt dñs dominantiũ z deus deor⁹. Poſt hoc incepit catharina pferre de incarnatõe filij dei. quo audito Maxentius ſtupefactus dixit catharine. ſine modo. i. pmitte mõ fieri ſacrificia deor⁹ noſtror⁹ z poſtea tibi rñdebim⁹. Maxentius igit iuſſit eã duci ad palaciũ et diligenter cuſtodiri admirãs de pulchritudine ei⁹ z ſapientia. erat em̃ valde pulchra z ſapiens Finitis igitur cultib⁹ idolor⁹ imperator ad palaciũ rediens dixit. Catharina cultib⁹ idolorum noſtror⁹ occupati tibi rñdere nõ potuimus. ſz nũc pmũ inq̃remus de tua pgenie. q̃ rñdit Scriptũ eſt nõ cauſa arrogantie ſz humilitatꝰ amore tibi pgeniem meã expono. Ego inquit ſum coſti regis filia. q̃ ix in deliciis z diuitijs nutrita ſum. tñ hec oĩa ꝓtempſi z mihi xpm elegi Tũc dixit Maxencio. Si vez eſt q̃ dicis totus mũdus errat. ſi em̃ angelus de celo veniret que dicis nõ crederem⁹. nunq̃d igit tibi credere poſſumus. q̃a fragilis es mulier. Tunc dixit catharina. O imperator aio irato noli vincere. nec inſipienti aio ſurgat turbatio. vt ait poeta. Audiens igit Maxentius Catharinã magiſtros z poetas allegare. videns q nõ poſſit reſiſte-

re sapientie eius. p melioribꝫ magistris totius grecie misit. q ipam superarent z ꝓpter hoc maxima dona ꝓciperent. Rediens igit nuncius ꝙnquaginta rhetores. z summos phos adduxit. q scia sua oīe genꝰ mortaliuꝫ excellebāt. Interim btā catharina in carcere seruabat cui ꝓsiliū regꝫ z imminens pena nunciat. z ipa sctā catharina deū fidelit orabat p victoria. Cui angelꝰ apparuit dicens ei. Cōstāter age. spūssanctꝰ infundet verba in os tuū. qbꝫ aduersarijs resistere possis. Tādē btā catharina ducit de carcere vt ꝓra rhetores disputaret. quos breuiter sctā catharina disputādo ꝓfecit z ipos ad fidē christianā ꝓuertit. ita q imperatoꝛ diceret. nisi pbabiliorem viā de dijs tuis dixeris ad xpm ꝓuertimur. Tūc Maxencius furore accensus ipsos in medio ciuitatis cremari fecit. quos catharina de fide xpi fidelit instruxit. ita q nec capilli nec vestimēta eoꝝ exusta inuenirentur. Post hꝫ Maxenciꝰ catharinā blādicijs exhortās vt dijs imolaret. z cū nō possꝫ eā flectere iussit eā flagellis cedi z in carcere obscurū recludi. et p duodecim dies fame cruciari. quā tū dūs p angelū ꝓsolabat. Hā colūba de celo veniens cibū sibi ministrauit. z xps cū multitudine angeloꝝ ei apparuit dicēs. Agnosce filia creatorē. durū em subisti ꝓflictū. ꝓstans q esto ego tecū sum. Contigit igit maxencū a fine terre sue recedere Regina igit amoꝛe catharine accēsa cū Porphyrio ꝓncipe ꝓperauit ad carcerē. q vidit immēsam claritatē in carcere refulgentē z angelos plagas sctē catharine pungentes. Catharina ergo regine z Porphirio pdicauit z ipos ad fidē ꝓuertit z cū hoc eis palmā sui martyrij pdixit. Rediens vero imperatoꝛ catharinā ad se venire iussit. videns eā p ieiuniū nō esse cruciatā sz magis formosam. custodes carceris iussit torqri. Catharina vera dixit. ego cibū ab hoīe nō assumpsi nec suscepi. sz celesti cibo sum nutrita. Maxenciꝰ iterū incepit blandicijs verbis exhortari dicēs ad eā. O puella ꝓsulo formositati tue vt meis acqescas ꝓsilijs z eris ꝓma post reginam in palatio meo si idolis imolaueris. Sed ipa ꝓstāter agens noluit ꝓsentire. Et ista iam scripta sunt tangꝫ initiū passionis eius

¶ Oꝛo terminis nota. Costus est equocū. vñ. Est species costus p̄prium nomen quoꝫ costus.

Fit penalis machina pereunt ac milia dū rotat agmina paganoꝝ

Mox ꝑuat capite. assunt turbe celice. sepelit vertice mōtis syna.

¶ Hic autoꝛ insinuat ꝓplementū passionis ꝑginis glorioſe. scz catharīe dicens. Postꝫ Maxenciꝰ vidit q catharina blādimētis superari nō potuit (penalis machina). i. rota plagatoria (fit). i. parat. scz ad dilaniādū sctām catharinā (ac) et (milia agmina). i. mille turbe (paganoꝝ). i. gētiliū (pereūt). i. necant (dū) scz ipa sctā catharina (rotat). i. rotādo martyrisatur. scz ipa (ꝑuat). i. decollat (moꝝ). i. statim (capite) scz suo sctō collo (celice turbe). i. turbe āgeloꝝ (assunt). i. pītes sunt z assistebāt ei⁹ morti. z ipsa (sepelit). i. humat. scz ab angelis (debite). i. reuerēter. z (ꝑtice). i. i summitate (montis syna). i. in altitudine montis synai.

¶ Nota. legit in passionali cū catharina. nec blandis ꝑbis nec terro-

rib⁹ posset supari. venit q̄dā de familia regis noie Cursates dicēs impatori. O impator hec catharina nō vidit adhuc tale genꝰ tormētorꝝ q̄ ferre rek. fac fieri q̄ttuor rotas acutas clauis ⁊ rasorijs infixis. q̄ꝝ due ptra duas moueant. q̄b⁹ catharina iponat vt corpꝰ eiꝰ mēbratim lacerer. His rotis factis ⁊ añ tribunal positis brā cātharina secrete orauit dicēs. D ñe Jesu xp̄e q̄ subuenis tuis in oī necitate exaudi me in hac petitōe ⁊ pserua corpꝰ meū a pena rotaꝝ. Qua orōne facta statim mota st̄ tonitrua ⁊ fulmina q̄ rotas pcusserūt. ⁊ multi paganorꝝ de familia regis perierūt. Q̄d vidēs regina descēdit de palatio dicēs ad cesarē. O vesane ⁊ impie tyrāne nūq̄d tāta miracula dei oīpotētis times q̄ adhuc deū veꝝ quē supare nō potes pseq̄ conaris. Q̄d audiēs maxenciꝰ psiderauit eā ee xp̄iānā. ⁊ statim fecit eā decollari. cuiꝰ corpus Porphyriꝰ sepeliuit postea. Quo facto iterꝝ fecit adduci catharinā. cui sic ait. o Catharina psenti mihi ⁊ adora deos meos. tā eris p̄ma in palacio meo. statuā aureā in medio ciuitatis faciemꝰ imagie tue impōssaz. vbi hoies tāq̄ deū te adorabūt. Cui catharina rīdit Solꝰ deus adorandꝰ ē cui seruo fidē meā. Tūc rex iterꝝ cogitauit de corpore regine ⁊ q̄siuit q̄s ꝑ abstulisset. Tūc Porphyriꝰ pcedēs cū militib⁹ suis dixit. Ego corpꝰ dei famule sepeliui. nā ⁊ ego chr̄istianꝰ sum. Q̄d audiens Maxenciꝰ furore arreptꝰ clamore magno rugitū fecit dicēs. Heu me miserꝝ. vt q̄d Porphyriꝰ vnicū summū solatiū meū seducetꝰ ē vt me derelinquat. Et statim iussit porphyriū cū ducentis militib⁹ in chr̄istū credē tib⁹ decollari. Tūc dixit ad brām catharinā. Vt q̄d malefica q̄diu nos ptrahis ex duob⁹ vnū eligе aut maturius sacrifica dijs. aut capitali sniа plecteris. Cui catharina. sum parata ad sustinendū oīa q̄ ꝑ noie xp̄i poteris inferre. Et sic ducit añ portā ad decollandū. ⁊ deo grās egit. ⁊ ꝑ inuocātib⁹ ip̄am in necessitatib⁹ suppli cauit. Ecce igit vox de celo ipam vocauit dicēs. Veni dilecta mea q̄d postulasti ipetrasti ꝑ q̄b⁹ oras salui erūt. Et tūc spiculator ip̄am decollauit. ⁊ lac de corpe eiꝰ ꝑ sanguie emanauit ad inuendū eiꝰ virginitatē. vbi statim angeli accesserūt ⁊ corpꝰ b. virgis catha. ad montē synai deportauerūt. vbi adhuc oleū sacꝝ de corpe suo manare videt. ⁊ vbi multa bñficia infirmis ipendunt p̄stante dño ihesu xp̄o

¶ Pro terminis nota. Penalis est nomē adiectiū a noie pena. Sed rotor aris est verbum passiuū deriuatū a nomie rota. Item trūcor aris est verbum passiuū a noie trūcus. ⁊ dr aliqs habens crus quo ꝑuatur. Sed sepelio est verbū quarte ꝑiugatōnis Sz vertex ticat summitatē montis. masculini gn̄is. tercie declinatōnis

Ora ꝑ populo. precare ꝑ clero martyr christi Catharina.

Astantem populū laudātem te clerum. foue rege per secula

¶ Jā autor dirigit petitōem ad scām catharinā dicēs. O martyr xp̄i Catharina sic dicta (tu ora). i. intercede ꝑ ꝑplo cōi (tu p̄care). i. obsecra (pro clero). i. ꝑ congregatōe clericorꝝ. o scā catharina tu (foue). i. nutri (populū) scz christianū (astantē) scz tue festiuitatis (⁊ rege). i. guberna (clerū). i. multitudinē clericorꝝ (laudantē). i. venerantē (te). s. catharinā scām (p̄ secula) id est eternaliter. ¶ Notandū ꝑmo. hec beata virgo merito inuocatur

De sancta Catharina

Legit enī cū deberet decollari orauit ad deū. vt q̄cunq; memoriā eius celebraret in oīb; necessitatib; suis ꝑpiciatōnis celebrē obtineret effectum

¶ Item nota. btā catharina apparuit gloriosa in q̄nq;. scz in sapiētia. in eloquentia. in ꝓstantia. in dignitatē eminentia. in castitatē mūditia. Vñ q̄nq; sunt q̄ violare pñt q̄ ipa seruauit. Habuit affluentiā bonoꝝ seu rerum tpaliū. cū parentib; ditissimis successit. Habuit opportunitatē. qr inter suos famulos versabat. Habuit eratē iuuenilē. qr octodecim ānoꝝ fuit Habuit etiā libertatē. qr libera in palacio remānsit. Habuit etiā pulchritudinē erat enī speciosa valde. ¶ Item nota. btā catharina magna dignitate fulsit in celestib;. Vñ q̄dam ꝓulegia fuerūt in aliq̄b; sanctis dū decederēt vt xpi visitatio in Joanne euangelista. olei emanatio in sancto Nicolao. lactis effusio in beato Paulo. sepulchri ꝓparatio in sancto Clemente. petitiōis exauditio in sancta Margareta. Hec oia fuerunt simul in sancta Catharina q̄ aliis singulariter z particulariter erant ꝓcessa

¶ Nota. clerus est nomē sēde declinatōis. z dr a cleros qđ est sors. ḋa antiquitus cleri ꝑm sortem fuerunt electi. Sz catharina dr a catha grece qđ est vniuersale latine. z ruina quasi vniuersalis ruina. qr oīe edificiuz diaboli in ea corruit. Edificiū cupiditatis mūdane ꝓ diuitiaꝝ ꝓemptum Vel catharina dr quasi cathenula. quia ipa ꝓ opera sua catenam fecit ꝑ quam ad regna celorum ascendit

D Eus in tua ꝓtute sctūs andreas gaudet z letat eadem comitat⁹. Piscatio nati tui ipe ꝑmū fact⁹ piscator ppl'oꝝ

¶ Hic autor describit aliā sequentiā de festiuitate sancti Andree. In q̄ autor tria facit. Primo alloq̄tur dñm ihesum xp̄m ꝓmēdando sanctū Andreā. Secō ostēdit ꝓtutē z passionē ei⁹. Tercio dirigit peticōem ad eum. Secō ibi. His legib;. tercia ibi. Nos igit. Dicēs ꝑmo sic. O deus (sctūs Andreas). i. apl's sic dict⁹ (gaudet). i. exultet (z letat). i. gratulat (in tua ꝓtute). i. in magnificētia diuina (comitatus). i. sequut⁹. scz te (eadem) scz ꝓtute. scz qua ipe sanct⁹ Andreas est (piscator). i. captor (populoꝝ). i. gētiū. scz sctūs Andreas est factus (piscatio). i. ꝑdicatio (tui nati). i. ꝓbi incarnati scz xp̄i (ꝑmū). i. ꝑmo.

Mirmidones idolatras diu fluctiuagos rete cepit fidei

Et sanct⁹ Andreas (cepit). i. attraxit (rete) scz (fidei). i. sua predicatione (Mirmidones). i. tales hoīes (idolatras). i. infideles (fluctiuagos) id est dubitantes in fide (diu). i. longo tempore

¶ Nota scribit ꝓpheta in ps̄. Cadent in retiaculo eius peccatores In q̄b; ꝓbis btūs Andreas ꝓmēdat. cui post vocatōem data ē potestas vt caperet petōres retiaculo fidei. z duceret eos ad portū salutis eterne Vñ sciendū est q̄ btūs Gregorius dr sup euangelio Johānis. xxi. Traxerunt rete ad terrā plenū magnis piscib; centū q̄nquaginta trib; Et cū tāti ēent nō est scissum rete. Vbi dr btūs Gregorius. q̄ duplex est captura Prima captura qñ discipuli adorauerūt in naui ꝑ captura piscū z dñs apparuit

eis ambulans supra mare. z cū misissent rete in mari ex p̄cepto dñi colle/
gerūt multitudinē pisciū z rūpebat rete. Piscatores isti sunt apli z p̄dica
tores sancte fidei in eccl̄ia dei. z precipue sanctus Andreas z frater ei⁹ si
mon petrus. q̄b⁹ dictū est. Venite post me faciā vos piscatores hominuz
Et dñs ambulans super mare significat ei⁹ mortalitatem quādo in flu/
ctib⁹ huius mūdi ambulauit adhuc pro salute hominū moritur⁹. Et re
te ruptū fuit vetus doctrina z lex antiqua que ex multitudine pisciū rum
pebatur. z ex multitudine credētiū ꝓfundebatur. Sed dominus Jesus
post resurrectōem eius apparuit discipulis suis stans in littore maris. qua
si diceret Jam vobiscū in huius mūdi perturbationib⁹ non sum Ergo su
per aquam non appaream. sed super terram z rete non rumpebatur. q̄z fi
des sancta iam creuit que a domino deo processit. Modo dicit in actib⁹
apostolo⁹. Quod a deo est non potestis destruere. Unde inter istos pi/
scatores z sancte fidei catholice predicatores Beatus Andreas aposto/
lus erat primus. ergo de ipo specialiter potest dici. Cadēt in retiaculo ei⁹
(Intima cordis sint pura).i.mūda a mala cogitatōe (z vecordia) id ē stultricia q̄ facit hoiem vecordē esse (absistat).i.absit a nobis pcul (q̄) p et (parcitas).i.abstinentia (cibi z potus terat).i.depmat (superbiā carnis) .i.petm̄.z stimulos ei⁹.qz nisi haberem⁹ parcitatē cibi z pot⁹ oia supradicta in ptrariū nob euenirēt.nec poterim⁹ refrenare linguā nr̄am.nec nr̄a intima erūt pura.sz sordida.z error i ea sociabit̄.z sic p cetera nō saluabimur

Ut cum dies abscesserit noctemq sors reduxerit.mundi p absti

nentiam ipsi canamus gloriam.

(Ut cū dies abscesserit).i. christus recesserit a nobis (qz) p et (sors) id ē diuina dispēsatio (reduxerit noctē).i. mortē Vel ꝑm alīqs sol p suam absentiā (reduxerit noctē).i. pctm̄. qz dies nihil aliud ē qz illuminatio sol' p aerē. vl' aer a sole pcussus. nos (p abstinētiā) vitioz (mūdi).i. mūdati vl' purificati (canam⁹).i. dicam⁹ (gloriā).s. sempiternā (ipi) supple christo

Deo patri sit gloria eiusqz soli filio cum spiritu paraclito. z nūc

et imperpetuum Amen.

¶ Referamus gl'iam deo z hoc de iure. qz tot z tanta ptulit nobis. qz morte sua liberauit nos. z ad vltimū nos i filios adoptauit (gl'ia).i. laus (sit deo patri. qz) p et (soli filio ei⁹).s. iesu xpo. z h̄ (cū spū paraclito).i. cō solator. Spūssanctus em̄ ꝑsolator dr.i. aduocat⁹ ꝑmus. iō ꝗa discipulo⁹ rū corda q̄ fuerunt mesta de morte christi reddidit ꝑsolatōni (z nūc).i. in ꝑsenti (z imꝑpetuū) id est sine fine Amen.

n Unc sancte nobis spiritus vnum patri cum filio dignare

promptus ingeri nostro profusus pectori.

¶ Materia huius hymni est depcatio sanctispūs vt dignet̄ in pectoꝛa nostra descēdere. quā. s. depcatōem facimus in hoza tercia. In hoza em̄ tercia peccauit adam ꝓtoplastus in paradyso. ꝓpter qđ pctm̄ inde ei⁹ ectus ē. iō facim⁹ hāc oz̄em. vt sicut adā p suggestionē diaboli supatus ē ita p eius correctōem nostro pectori ingeri dignet̄ spūssanctus. z sicut inflām auit ap'los de spūsancto in hoza tercia. sic dignet̄ etiā ingeri cordib⁹ nostris vl' infundi. vt mereamur vez deū laudare. z h̄ ē qđ dr. O tu (sctē spūs) s^c existens (vnū).i. idē in essentia (patri) scz deo (cum filio).i. iesu xpo (oignare promptus).i. paratus vl' benign⁹ (ingeri).i. infundi vl' immitti (nobis) s^c hoibus (nunc).i. in ꝑsenti tpe. z hoc dico s^c tu sancte spiritus existens (ꝑfusus nostro pectori).i. infundas nobis spm̄sanctū. vt simus repleti spūsancto z ꝑsequamur remissionē pctōz p eū q̄ est vnū cum patre z filio in essentia vel in potestate. Unū em̄ cū dr p quandā essentiā triū ꝑsonarum. vnum em̄ ptinet ad substantiā nō ad ꝑsonam z hoc ē qđ dicitur vnum patri cum filio

Os lingua mens sensus vigor confessionem personet. flamescat

igne charitas. accendat ardor proximus

¶ Os z lingua pertinent ad corpus. mens vero ad animaz. z sensus ad vtrumqz pertinet. z similiter eodez modo spiritus sanctus pertinet ad vtrūqz. scz ad patrem z filium. quia procedit ab vtroqz. z tamē non sunt tres dij. sed vnus est deus ꝑm Athanasium in symbolo

¶ Ex nota q̄ in sole tria sunt. scz sphera. claritas z calor ipius. Sicut em̄ sphera solis naturaliter splendens est z calens. sic summus pater naturaliter sapiens z amans est. Et sicut sphera solis z splendor z calor nō sunt tres soles sed vnus sol. sic summus pater sapientia z amor eius non

sunt tres dij. sz vnꝰ ē deus In sphera solis ignea patrē itelligere debemus in splēdore filiū. in calore spūsctm Cōstrue (Os lingua). i. corpus (et mens). i. aia (sensus). i. vtrūqꝫ. s. tā corpꝰ q̄ aia (vigor). i. ꝓtus (ꝓsonet) id ē credat vl' ꝓfiteat (ꝓfessionē). i. trinitatē. s. patrē z filium z spūsctm ee vnū deū (charitas) sez dei z ꝓximi (flāmescat). i. ardeat in nobis (igne) id est spūsctō (ardor) sez sue charitatis (accēdat). i. illuminet spūali amore (ꝓximos). i. amorē dei desiderantes

r Ector potens verax deus qui temperans rerum vices splen

dore mane instruis et ignibus meridiem

¶ Materia huiꝰ hymni sumit ꝓtra q̄litates aeris et ħ. s. q̄ maximus calor solet ee aliqñ in meridie z qñqꝫ solet nocere corpi. vñ deū rogare debemus vt in nob extinguat flāmas vicioꝝ nꝝ. z tribuat nob suā charitatē in cordibꝫ nris. z nō solū in hora tercia deū rogare debemꝰ. sz in sexta hora in q̄ adā ejectꝰ fuit de paradyso p superbiā suā. vt vñ p trāsgressionē mādati fuit ejectꝰ. illuc redeamꝰ p bonā operōem xp̄o annuēte. q̄ eadē hora i cruce positꝰ fuit mortē p nob passus. z ħ innuit Grego. cū dr (O tu rector) id ēo deꝰ q̄ regꝫ oia (potēs). i. q̄ potes oia facere q̄ velis. qz in eo ois potestas z fortitudo (veraxꝫ deꝰ) q̄ nūqꝫ mētiris. qz tuipe veritas z verax es in ꝓbis z ꝓmissis tuis q̄ nūqꝫ fallūt (q̄ tēperas). i. moderaris (vices rer̄) id ē vicissitudies. z tu (instruis). i. decoras (mane). i. hoies īcipientes bona opa facere (splēdore solis). i. lumie xp̄i q̄ ē verꝰ sol iusticie (z istruis meridiē). i. hoies q̄ in bonis opibꝫ ꝓseuerāt (ignibꝫ). i. charitate inflāmata.

Extingue flāmas litium. aufer calorem noxium. confer salutem

corporum. veramqꝫ pacem cordium

(Extingue). i. remoue (flāmas). i. calores z estuatōes (litiū). i. mūdanaꝝ tentationū. vl' (Extingue flammas). i. mortifica in nob ardores (litium). i. libidinis z ꝓcupiscētie. vl' (litiū). i. odioꝝ z discordiaꝝ (aufer calorē noxiū). i. remoue i nob amorē z appetitū noxiaꝝ rer̄. z (ꝓfer). i. dona nob salutē corporꝫ (q̄) p z ꝓfer (verā pacē). i. securā trāq̄llitatē (cordiū). i. aiaꝝ

r Erum deus tenax vigor immotus in te pmanens lucis di

urne tempora successibus determinans

¶ Materia huiꝰ hymni ē. q̄ nō solū in hora sexta deꝑcandꝰ z laudandꝰ sit deus. sz etiā in nona hora. in q̄ xp̄s postqꝫ aiam suā patri ꝓmēdauerat spū emittēs migrauit de ħ mūdo. vt possimus transire de viciis ad ꝓtutes z bonas opatōes (O deꝰ tenax) a teneo es ere. q̄ creando oia tenes sub potestate tua z pietate (vigor). i. virtus (rer̄ pmanēs in te imotꝰ). i. nō variabilis. qz nūqꝫ in seipo mouet (determinās). i. diuidens (tpa lucis diurne). i. q̄tidiane (successibꝫ). i. q̄busdā et distinctōnibus

Largire clarum vesperę quo vita nusqꝫ occidat. sed premiū mor
tis sacre perennis instet gloria. Presta pater rc̄.

Et qr̄ h̄ facis (largire). i. p̄cedē (claꝫ vespe). i. finē nr̄e vite r exitū (q̄) idē vt (nr̄a vita nusqꝫ decidat). i. nō cadat in aliq̄ grauī pct̄ō (sed pennis gl̄ie). s. etn̄a. r (p̄miū mort̄ sacre instet) nob p remissionē pct̄ōꝫ nr̄oꝫ

l Ucis creator optime lucem dierum proferēs primordijs
lucis noue mundi parans originem.

¶ Materia huius hymni ē inuocatio quā facit btūs Grego. ad dn̄m vt sic̄ p̄cepit mane iūctū vesp̄i vocari die̅. ita exaudiat p̄ces nr̄as. r p̄mēdat die̅ dn̄icū p opus qō in eo factū ē. r in eodē die fecit luc̄ē q̄ causat die̅. r ic̄ circo dixisti. fiat lux r facta est lux. O (optime creator lucis). i. filij tui vel angelor̄ (pferēs). i. tribuēs (luc̄ē). i. filiū tuū (dieꝫ). i. apl̄or̄ tuor̄ q̄ dies vocant̄ (parās originē) sez qñ dixisti fiat lux. i. initiū (noue lucis p̄mordi is mūdi). i. apl̄is q̄ lux interp̄tant̄. Un̄ dr̄ Vos estis lux mūdi in ista vi ta illustrātes oīa. vos estis sal terre p̄dientes morū tpantiam. ip̄i em̄ apl̄i pastores sunt pl̄or̄ oīa p̄seruantes.

Qui mane iunctum vesperi diem vocari p̄cipis tetrum chaos
illabitur. audi preces cum fletibus.

Et (q̄ p̄cipis mane iūctū vesp̄i vocari die̅). i. die̅ r nocte̅ q̄ ē dies natural̄. vñ dr̄ Gene. p̄mo Factū ē vesp̄e r mane dies vn̄. Vel alit̄. Tu q̄ (p̄cipis mane iūctū vesp̄i vocari die̅). i. deitatē iniunctā carni nr̄e q̄ obscura est. vl̄ (vesp̄eꝫ vocari die̅). i. xp̄m q̄ ē verus dies (tetrū chaos). i. noꝫ r pct̄m r obscuritas vitioꝫ (illabit̄). i. cadit in nos. r ideo (audi p̄ces) nostras (cū fletibus). i. cum desideriꝫs lachrymarum

Ne mens grauata crimine. vite sit exul munere dum nil perenne
cogitat. sesqꝫ culpis illigat

Dico audi p̄ces nr̄as. r q̄re (ne mens). i. aīa nr̄a (sit g̃uata). i. ponderata (crimine). i. pct̄ō vitioꝫ (sit exul). i. p̄uata (munere). i. dono eterne btitu dinis (vite). i. xp̄i q̄ ē vera vita oīm hoīm (dū nil penne cogitat). i. ppetu um (cꝫ) p̄et (illigat). i. illaqueat (sese culpis). i. pct̄is vitioꝫ

Celorum pulset intimum. vitale tollat premium. vitemus oīe
noxiū. purgemus omne pessimū. Presta pater pissime rc̄.

¶ Hic subdit cām q̄re pct̄ā vitabim⁹ dic̄s (vitem⁹ oē noxiū). i. oē pct̄m cꝫtū ad corp⁹ (r purgem⁹). i. p examinat̄oem p̄scie emūdem⁹ (oīe pessi mū). i. oē pct̄m cꝫtū ad aīam (vt mens). i. aīa (pulset). i. attingat (intimū celoꝫ). i. xp̄m (r tollat). i. suscipiat (vitale p̄miū). i. eternā btitudinē

E lucis ante terminum rerum creator poscimus. vt solita
clementia sis presul ad custodiam.

Expositio Hymnoꝝ

¶ Materia huiꝰ hymni est deū depcari in inceptōe noctis vt sicut depcamur deū in inceptōe diei. vt sez custodiat nos p totā diē. ita in inceptōe noctis vt nos custodiat p totā noctē deū depcamur ℴ (rex creator poscimus).i.petimꝰ (te añ terminū lucis).i.añqz de mūdo exeamꝰ vl añqz dies recedat. vt (sis psul).i.speculator vel custos (ad custodiā).i.ad custodiendū aiam (soluta clemētia).i.assidua misericordia

Procul recedant somnia.z noxium phantasmata.hostemqz nostrum comprime ne polluantur corpora.

Dico sis psul ad custodiā vt (somnia recedāt,pcul).i.longe sint a nob remote illusiones demonū.z prave delectatōnes carnis.z (phātasmata) id ē occulte deceptōes vl suggestiones (noctiū).i.malignoꝝ spirituū Nox diuidit in sex ptes.s.sero siue vespe.pticiniū.intēpestū.gallicinū.crepusculum.mane. Sero ē qñ nox imminet. Lōticiniū ē hora qñ hoīes cubitū pgunt. Intēpestū ē.qñ hoīes nihil opant. Gallicinū ē.qñ galli emittūt voces. Crepusculū ē.qñ dubiū ē inter diē z noctē. Mane ē.qñ aurora apparet (qz) p.et (cōprime nostꝝ hostē).i.diabolū vel carnē nostrā (ne corpora nostra polluant) sez a malo aliquo vel corpali pollutione.

Uriste qui lux es et dies noctis tenebras detegis.luciscz lumen crederis lumen beatum predicans.

Materia huiꝰ hymni ē.q depcari debemꝰ deū vt det nob qetā noctē. et vt defendat nos a pfido hoste.z oculi sic somnū capiāt q cor sp ad deū vigilet.z h ē qđ dr. ℴ (xpe q es lux) angeloꝝ z illuminator oim sanctorū. Uñ ipe dixit. Ego sum lux mūdi (z dies).i.q illuminas oēm diem z paras oēm lucē Nota q sicut pr ē lux.z filiꝰ ē lux.ita spūssctūs ē lux. nō tñ tres luces.sz pater z filius z spūssctūs vna z insepabilis ē lux. sicut in hac dictōe lux sunt tres lr̄e z vnus sonus. cui ad signatōem ipius sensus aliq̄d addi vl minui nō pt. nō em deꝰ tres luces ē. qz si eēnt diuerse essentie vna lux nō eēt. qz quicqd corpaliter diuidi non pt in illa suba q diuisionē nō patit nō pt dici. z (detegis).i.aperis vel manifestas (tenebras).i.versutias (noctis).i.diaboli.z (crederis lumē lucis).i.patris.suppletu (pdicans).i.pmittens apīs (btm lumē).i.spūsanctū

Precamur sancte domine defende nos in hac nocte. sit nobis in te requies.quietam noctem tribue

ℴ (sancte dñe depcamur).i.rogamꝰ (defende nos) a vitiis z ab insidiatoribꝫ nr̄is.s.demonibꝫ.q tanqz leones rugientes circueūt qrentes quem deuorēt (in hac nocte).i.in psenti vita.z (reges sit nob in te).i.vt qescamꝰ tecū in celesti patria.z (tribue).i.pcede (qetā noctē).i.tranquillam.

Ne grauis somnus irruat.nec hostis nos surripiat. nec caro illi

consentiat nos tibi reos statuat.

(Ne grauis somnus).i.ne graue pctm̄ vel delectatio pcti(irruat)id ē opprimat nos(nec hostis).i.diabolus(surripiat nos).i.fraudulēter decipiat(nec caro)nostra(psentiat illi).s.diabolo in pctis(statuat nos reos tibi).i.culpabiles z peccatores

Oculi somnum capiant.cor ad te semper vigilet.dextera tua protegat famulos qui te diligunt

Quāuis dico q grauis somnus nō irruat.tm̄ nō dico q oculi somnum nō capiāt.immo aliquātulū capiāt.z hoc ē qđ dr.(Oculi somnū capiāt) scz moderate(z cor).i.mens nostra(vigilet sp ad te.z dextera tua).i.misericordia tua(ptegat famulos tuos q te diligūt).

Defensor noster aspice.insidiantes reprime.guberna tuos famulos quos sanguine mercatus es

O(defensor noster aspice)scz nos.z(reprime insidiātes).i.demones q sp insidiant nobis.z nos id petimus vt de⁹ eos rep̄mat z restringat ne tm̄ nocere valeāt q̄tū volūt Et notādū ē q maligni spūs tres habēt habitatiōes.s.in inferno.in terra.z in mari. Illi q̄ in terra manent diuidunt in duas partes.z vocant larue z larues.lerue in nocte ledūt z lerues in die(guberna tuos famulos quos mercatus es).i.redemisti(sanguine).s.tuo Et dr apls Empti estis pcio magno

Memento nostri domine in graui isto corpore.qui es defensor anime adesto nobis domine.

Et q redempti sumus sanguine xp̄i iesu.ideo debemus volūtati eius satisfacere.z p̄ceptis suis p salute nostra nosmetipos onerare z iugiter applicare.vñ Dauid Preceptū dñi lucidū illuminās oculos O(dñe memēto nostri in isto graui corpe)scz corruptibili.o(dñe qui es defensor anime adesto nobis)ad defensionē nostram

Deo patri sit gl'ia eiusq̄ soli filio cū spū paclito z nūc z in p̄petuū

s Omno refectis artubus spreto cubili surgamus nobis pater canētibꝰ adesse te ꝓposcimus.

¶Materia huiꝰ hymni ē q debem⁹ surgere de lecto.s.de pctō.z deprecari deū vt dimittat nobis pctā.s.p̄sentia p̄terita z futura.cū facimus inuocationē ad deū patrē.sic debemus dicere O de⁹ pater(artubꝰ).i.mēbris (refectis).i.recreatis(somno).i.sensibꝰ nostris repletis mūdana delectatiōe(surgamus spreto cubili).i.ipa delectatōe.q postq̄ fuerint mēbra nostra refocillata somno.z repata p̄trute delectatōes immūdas debem⁹ spernere.z ad dei seruitiū festinare.z tūc de⁹ aderit nobis(deposcimus).i.deprecamur(te adesse).s.p̄sentē eē(nobis canētibꝰ).i.laudātibꝰ.

Te lingua primū cōcinet.te mētis ardor ambiat.vt actuū sequētium tu sancte sis exordium

Expositio hymnorū

Et ideo nō solū corde. sz etiā lingua te depcamur o dñe (lingua) s^e nra (pcinat). i. laudet (te) s^e patrē (pmū). i. maxime sup oia (ardor). i. amor (mētis) nostre (ambiat). i. desideret te (vt tu sancte) s^e pater (lis exordiū id ē pncipiū (actuū sequētiū) id est opex. vt omnis nostra actio a te incipiat semp. z p te incepta finiatur

Cedant tenebre lumini z nox diurno syderi. vt culpa quā nobis intulit lucis labescat munere

Cōstrue (Tenebre). i. vicia vel pctā (cedāt). i. locū dent (lumini) id ē christo (z nox). i. sordes pctōx. s^e cedat (diurno syderi) scz xpo (vt culpa) id ē peccatū (quā) s^e culpam (intulit nobis). s. diabolus (labescat). i. euanescat (munere). i. gra vel dono (lucis). i. xpi vel spūssancti.

Precamur idem supplices. noxas vt omnes amputes z ore te canentium lauderis in perpetuum

Cōstrue Nos (supplices). i. humiles (pcamur idem). i. illud. z ad qd (vt amputes). i. auferas (oes noxas). i. oia pctā. z vicia (z lauderis in p petuū ore canētiū te) id ē laudātium.

Splendor paterne glorie de luce lucem proferens. lux lucis et fons luminis dies diem illuminās

Materia huius hymni ē patris z filij z spūssci credulitas. z q tm pater sit in filio. z filius in pre. z spūssctus procedēs ab vtroq Et p istā credulitatē rogam⁹ ipm. vt confirmet. i. cedat nobis gratiā. z vt sit nobis cibus et potus in celesti patria O xpe q es (splēdor paterne glie). i. patris tui celestis. qz xps p patrē suū glorificat (proferēs lucē). i. spūmsctm (de luce) id ē de patre. vel profers. i. manifestās (lucē). i. te ipm eternā lucē venientem in hūc mundū de luce paterna. (O lux). i. filius (lucis). i. patris. z fons z origo luminis vel spiritussancti. s^e tu es (dies illuminans diem). i. illos quos pdicatione apostolox vis illuminari

Verusq sol illabere micās nitore perpeti. iubarq sanctispiritus infunde nostris sensibus.

Et tu o xpe q es (verus sol illabere). i. descēde (micans). i. fulgens (nitore perpeti). i. perpetuo lumine (infunde). i. immitte (iubar). i. splendorē (spūssancti nostris sensib⁹). i. nostris mētib⁹.

Votis vocemus te patrem perennis glorie. patremq potentis gratie. culpam vt releget lubricam.

Et nō solū dicimus te filiū. sz (vocemus). i. cognoscim⁹ (te patrē perennis glorie). i. perpetue qz infinita erit (votis). i. pmissionib⁹) q p z (patrē potētis gratie vt releget). i. expellat vl mittat in exiliū (culpā lubricā) id ē ibidinē. q facit hoiem cito labi de bono in malum

Informe actus strennuos. dentem retundet inuidi. casus secum

det asperos.donet gerendi gratiam.

Dixi vt inuocemus vt pater (informet).i.cōponat (actus strēnuos) id ē honestos.s.bonas opatōes ꝓtra diaboli tētamēta.z (retūdet).i.frangat (dentē).i.fortitudinē (iudi).i.diaboli.qz quēadmodū aliqs mordet escā.ita diabolus mordet.z seducit xp̄ianos instigando eos ad mala opa z (fecūdet).i.faciat prosperos (casus nostros asperos) scz castigādo nos sepissime faciat fecūdare.s^c xp̄s (donet) nobis (gratiā gerēdi).i.patiendi eosdē casus asperos z aduersos.

Mentem gubernet z regat.casto fideli corpore.fides caloze fer/

ueat.fraudis venena nesciat

Modo ꝓuertit se ad fideles.quasi diceret merito fili^9 dei infundit nobis iubar sanctisp̄s. qz ille multū vtilis est nobis vt gubernet).i.regat et disponat (mentē).i.aiam nostrā eā castā ꝓseruando z in fide catholica (fideli corpe).s.sancte ecclie vt (fides nostra ferueat).i.ardeat (caloze) scz charitatis vel amoze sp̄ussancti.z (nesciat).i.ignoret (venena).i.hereses (fraudis) id est maligni spiritus

Christusqz sit nobis cibus.potusqz noster sit.fides.leti bibamus

sobriam ebrietatem spiritus

¶ Hic oñdit qs erit aie cib9 dicēs q xp̄s sit nob cib9.i.p̄dicatio dei q̄ satiat nos in charitate z in dilectōe ꝓximi.vt cib9 satiat corp^9.z hac ita comestione.i.p̄dicatōe halt̄am^9 potū.i.fidē.qz fides ē charitas p̄dicatōis

¶ Cōstrue (qz).pz (xp̄s sit nob cib9) celestis (z fides) scz catholica (sit noster pot^9.leti).i.alacres vel hilares (bibam^9 sobriā ebrietatē sp̄s).i.infusionē sp̄ussti.vt nos seruet a petō Ebrietas em̄ spiritus ē sobria.i. moderata.z tēperata.qz hoies inflāmat amoze dei z reseruat ab amoze pcti.qz sicut ille q̄ ebrius est vino oia tradit obliuioni nec recordat quicq̄.sic q̄ plenus ē sp̄ussctō vel gr̄a sp̄ussctī oia mūdana obliuiscit.

Letus dies hic transeat.pudor sit vt diluculū.fides velut meri/

dies.crepusculū mens nesciat

(Hec dies).i.p̄sens vita (letus trāseat).i.terminet.qz letus dies. scz xp̄s veniet ad nos.z (pudor).i.castitas seu verecūdia (sit vt diluculū).i. vt auroza luceat (fides sit velut meridies).i.ferueat amoze sp̄ussctī.qz meridies feruet.z (mens nesciat crepusculū).i.pctm̄ ignoret.qz crepusculū ē lux dubia.s.hoza q̄ est inter diē z noctem.

Amor cursus prouehit.auroza totus prodeat.in patre totus fi

lius.z totus in verbo pater

(Amor).i.pater (prouehit cursus).i.ducit filiū suum ad ista inferioza (auroza ꝓdeat).i.manifestat (totus) scz substātia deitatis.qz (fili^9) s^c in substātia deitatis (totus est in patre.z pater totus est in verbo).i.in filio qz totus vnus est deus.

Expositio hymnorū

i Mmense celi cōditor. q̄ mixta ne cōfunderet. aque fluēta

diuidens. celum tēdisti limitem

¶ Materia huius hymni ē vt oēs homines diuidāt se a malis opib⁹ z ad hereāt bonis. qz quēadmodū xp̄s aḡs ab aḡs in sēda feria sepauit. z ptē in terra relinquēdo. z ptē in celo attrahēdo ꝓpter nimietatē aq̄z ꝯ ō qz terra ꝓfusa erat. z vt calor solis dissiparet res mūdanas. ita intēdit diuidere mētes nr̄as a malis opib⁹ Sz q̄rit̄ cur ptē attulit ad celū Dicit̄ q ꝓpter elemētū ignis. qz nisi autor nature interposuisset aliqđ elemētū. terra non ita leuit̄ posset inhabitari Et si q̄rat q̄liter aq̄ manēt sup ignē. dr brūs Augusti. q fortitudo ignis aquā coagulat z coartat zc. Jtē q̄rit̄. si celū mobile est rotundū. qūo aque manēt sursum Ambros⁹ dat dō exēplū. quia multa corpa exterius sunt rotūda q̄ interi⁹ sunt q̄drata. z sic forte pt̄ eē celū. Celestes nāq̄ nature ignee sunt. vñ spiritus dr purus ether qz rogus. id est ignis. nisi eīm vnda superior z inferior tparet totā terrā incēderet z ruptam in puluerem dissiparet zc.

¶ Cōstrue O christe (ꝓditor celi immēse). i. sine mēsura. z o xp̄e s^e q. es (diuidēs). i. distinguēs (fluēta aque). i. aquaꝝ cursus (ne ꝓfunderet) id ē destrueret (mixta). i. ꝓposita (dedisti). i. ꝓstituisti (celū limitē). i. terminū inter aquas superiores z inferiores.

Firmans locū celestib⁹ simulq̄ terre riuulis. vtvnda flammas tē

peret. terre solum ne dissipent

Supple tu es (firmās locū). s. inter aquas celestes z iter aḡs terrestres (celestib⁹). s. angelis (iḡ). p z (simul riuulis terre). i. fluminib⁹ subito curr̄ētib⁹ (vt vnda). i. aq̄ (tēperet). i. moderet (flāmas). i. ignē firmamēti (ne flāme dissipēt solū terre). i. soliditatē terre.

Jnfunde nunc pijssime donū perennis gratie. fraudis noue ne ca

sibus nos error atterat vetus.

O tu (pijssime) s^e ꝓditor (infunde nūc). i. in p̄senti vita (donū perennis gratie). i. spūsc̄ti (ne error) scz idolatrie vel originale p̄cm̄ (ver⁹). i. antiquū (atterat). i. ꝓterat (nos casib⁹ noue fraudis). i. hereſis vel diaboli.

Lucē fides inueniat sic luminis iubar ferat. hec vana cūcta terre

at. hanc falsā nulla comprimant

(Fides) nostra (inueniat sic lucē) scz tuā. z (ferat iubar). i. splēdorem spūsc̄ti (luminis). i. xp̄i z (hec). s. fides (terreat). i. pterreat (cūcta vana). i. cunctā prauitatē hereticā (nulla falsa). i. hereticā figmēta (cōprimāt) id ē deprimāt (hanc) scz fidem.

Onsors paterni luminis. lux ipse lucis. z dies noctē canen

do rumpimus. assiste postulantib⁹

¶ Materia huiꝰ hymni ē surrectio noctis. qz sicut nos surgēdo cupimꝰ nocte. ita xp̄s surgēdo rūpit mortē. i. vicit p̄cm̄. vel sicut dies aduenies noctis vmbras effugit. sic aduenīēte vero lumine xp̄a vicioꝝ. i. p̄ctoꝝ tenebras ꝓpulit ꝛ sic totū mūdū illuminauit. ¶ Cōstrue. o xp̄e (ꝓlozs paternī luminis). i. eccl̄is vel ꝓscius eiꝰ nature. qz est pater. qz vnū est lumē patris ꝛ filij ꝛ spūsscti. ꝛo tu xp̄e supple tu es (lux). i. filius (lucis). i. patris (ꝛ dies). s. diez oīm luminū (rūpimus noctē). i. p̄cm̄ (canēdo). i. laudādo te ꝛ ideo (assiste postulātibꝫ) scz te cū p̄cātibꝫ

Auser tenebras mentiū. fuga cateruas demonū. expelle somnolē tiam ne pigritantes obruat.

Cōstrue sc̄e xp̄e (auser). i. remoue (tenebras). i. ignorātias (mentiū). s. nostraz (fuga cateruas demonū). i. acies siue multitudinē maligneꝝ spirituū (expelle). i. reijce (somnolētiā). i. aīe pigriciā (ne) sc̄e illa (somnolentia). i. p̄ctoꝝ dormitio (obruat). i. p̄cipitet (pigritātes). i. i p̄ctis gmanētes.

Sic christe nobis omnibus. indulgeas credentibus. vt prosit exorantibꝫ quod precinētes psallimus.

Construe ꝏ (xp̄e indulgeas). i. miserearis (sic). i. taliter (oībꝫ nobis credētibꝫ) sc̄e in te (vt qđ p̄cinēt es). i. laudātes (psallimꝰ) id ē canimꝰ. scz ore ꝛ corde (ꝓsit exorātibꝫ) id ē ꝓficiat nobis dep̄cātibꝫ

a Les diei nuncius. lucem propinquā precinit. nos excitatoz mentiū iam christus ad vitam vocat

¶ Materia huiꝰ hymni ē exhortatio xp̄i ad nos. vt surgamꝰ a vicijs ꝛ adhereamus ꝑtutibꝫ Et p̄mittit exēplū alitis. i. galli Sicut enī galli cāt nos excitat vel vocat lucēre die. sic xp̄s excitat mētes nostras ꝛ vocat nos p̄ scripturas sacras p̄nūciās qꝝ ē venturus iudicare sup iustos ꝛ iniustos vñ bñ dz Surgite ꝛ vigilate qz nescitis diē neqꝫ horā ꝛc. (Ales). i. gallus (nūciꝰ diei p̄cinit). i. p̄dicit (lucē). i. diē nob (ꝓpinquā. xp̄s excitatoz mētiū scz nostraz (vocat nos). s. p̄ p̄dicatozes (iā ad vitū). i. nūc vocat nos ad se

Auferte clamat lectulos. egros sopore desides. castiqꝫ recti ac sobrij. vigilate iam sum proximus

Christus (clamat). i. vocat ꝛ p̄cipit nobis (auferte) id ē relinq̄te (lectulos o desides). i. o pigri. sc̄e relinq̄te lectulos (egros). i. carnalitatē (sopore id ē p̄ctō. ꝛ (vigilate casti). i. nō petulātes (recti). i. nō tortuosi (sobrij) id ē nō ebrij Rōnē subdit. qz sc̄e ego xp̄s (iā ꝓximus sum vobis). i. ꝓpinquus. Vel ꝑm aliā lrām. o (casti) scz aīa ꝛ corpe. ꝛ o (recti) ꝓbo ꝛ ope. ꝛ o (sobrij id ē tēperati cibo ꝛ potu (vigilate). i. vigiles sitis qz iā sum ꝓximus.

Iesum sciamus vocibus. flentes precantes sobrie intenta suppli

catio dormire cor mundū vetat

Et qr xp̄s est proximus o fratres (sciamus). i. cognoscam⁹ (iesum vo eib⁹). i. p̄dicatōib⁹. s⁹ nos sum⁹ (flentes). i. tristātes p petis (z precātes illū sobrie). i. sine oīi fedītate. qr (intēta supplicatio). i. assidua deprecatō (vetat) id ē. phibet (cor mūdū dormire). i. p manere in petō

Tu christe somnum discute. tu rūpe noctis vincula. tu solue pec

catum vetus. non vnq̄ lumen ingere

O (tu xp̄e discute). i. dissipa vel diuide (somnū). i. petīm seu diabolum ne nos decipiat (z tu rūpe). i. diuide (vincula noctis). i. laq̄os diaboli vel penas inferni q̄ dicūt nox vt nos nō decipiāt (tu solue petīm ver⁹) scz originale (q̄) p et (ingere) id ē immitte (nouū lumē). i. spīm sctīm. q̄ merito dicit nouū lumē. qr ejiciēdo a nobis vetera nos reuocat a vita deuia

Elluris ingens conditor. mundi solum qui eruens pulsis

atq̄ molestijs terram dedisti immobilem

¶ Materiahui⁹ hymni ē de pēcatō quā facim⁹ ad deū. qr sic de⁹ p̄ fecit celū z terrā. z diuisit superiora ab inferioribus. ita sua pietate nr̄a petā dimittat Et sic dedit terrā immobilē vt daret fructū gratū. ita faciat mēbra nr̄a acceptabilia ad fructificādū z seruiēdū sibi. ¶ Cōstrue O (ingēs) id ē magne (p̄ditor telluris). i. factor tot⁹ orbis (q̄ eruēs). i. diuidēs (solū mūdi) id ē terrā ab aquis. scz ab inferioribus z superioribus (atq̄) p et (dedisti terrā immobilē) id ē terrā stabilē. z hoc (pulsis molestijs) id ē elemētis q̄ valde molesta erant dū intermiscerent p̄fulis. i. simul mixtis

Ut germen aptum proferens. fuluis decora floribus. fecunda fru

ctu sisteret. pastumq̄ gratum redderet

Hic causam ponit p̄dictor. Supple vt terra sit (proferēs). i. p ducens (germen aptū). i. fructū p gruū hoib⁹ z (vt sisteret). i. p maneret (fecūda) id ē fructuosa (fructu) scz acceptabili. s⁹ illa terra (decora). i. spectosa (fuluis floribus). i. rubeis floribus (q̄) p et (redderet). i. p cederet tā hoib⁹ q̄ pecudib⁹ (gratū pastū). i. cibū acceptabilē seu nutrimētū p uenīēs. Et g̃ois hō teneť summa diligētia ad laudādū deū

Mentis peruste vulnera. mūda vigoris gratia vt facta fletu di

luat. motusq̄ prauos atterat.

O christe (mūda) id ē purga (vulnera) id ē petā (peruste mētis) id est maculati seu viciati hois (gr̄a vigoris) id ē mediāte gratia sp̄ūsancti (vt diluat) id ē emūdet (facta) id ē malefacta z petā cōmissa (fletu) id ē cordis gemitu (q̄) p et (atterat) id ē auertat z refrenet (prauos mot⁹). i. malas inclinatōes ad oēs actus illicitos

Jussis tuis obtēperet. nullis malis approximet. bonis repleri

gaudeat. z mortis actum nesciat.

Supple vnusquisq; peccator (obtēperet). i. aptet se z obediat (iussis tuis). i. mādatis vel p̄ceptis tuis. z supple alicḡ hō (nullis malis). i. non vllis operib; malis (approximet) scz xp̄o (gaudeat) supple mēte (repleri bonis) scz opib; (z nesciat). i. nō cognoscat (actū mortis). i. mortale pctm̄. a q̄ se vnusquisq; abstinere tenetur.

Rerum creator optime rectorq; noster aspice. nos a quiete noxia. mersos sopore libera

¶ Materia hui⁹ hymni est inuocatio auxilij diuini. vt deus dignet criminib; nostris ignoscere. vt sicut surgimus de lecto z rūpimus noctem. sic xp̄s rūpat pctā nostra ⁊c. ¶ Construe O optime creator oim rex. z o (rerum noster aspice). i. respice s^c oculis misericordie (libera nos). i. eripe (a q̄te noxia). i. mala. q̄ q̄ carnē delectāt mala sunt sancte aīe. z supple libera nos (mersos sopore). i. pctō. q̄ peccādo miseri sumus

Te sancte christe poscimus. ignosce tu criminibus ad confitēdū surgimus. morasq; noctis rumpimus.

Ideo o sancte xp̄e (poscimus). i. dēpcamur (te ignosce). i. parce (criminib;). i. oib; pctis nostris. q̄ (surgimus) scz de ꝓtute in ꝓtutē (ad confitendum) supple tibi pctā (q̄) p̄o et (rumpimus moras) id est impedimenta (noctis) id est diaboli.

Mentes manusq; tollimus poꝛpheram sicut nouimus. nobis gerendum precipit pauluſq; gestis censuit

¶ Cōstruc (tollim⁹). i. sublemam⁹ (mētes). i. cogitatōes (z man⁹). i. opatōes (sic nouim⁹ ꝓpheta) s^c dauid (p̄cipit). i. iuber (nob gerēdū). i. facie⁹ dū z surgēdū noctib; dicēs Media nocte surgebā ⁊c. (q̄) ꝓ z (Paul⁹ cēsuit). i. in scripturis suis iditauit dicēs Roma. p̄ij Hora est iā nos de somno surgere (gestis). i. factis suis (q̄ paul⁹ de nocte laborabat z in die predicabat Et nota q̄ paul⁹ plus laborabat ceteris aplis. q̄ in nocte cophinos faciebat vñ victualia habuit. z qđ supauerat pauperib; erogabat.

Vides malum quod gessimus. occulta nostra pandimus. p̄ces gementes fundimus. dimitte quod peccauimus.

Et q̄ es creator oim rex (vides malū qđ gessimus). i. fecimus. z q̄ vides. ideo (pādimus occulta nostra). i. manifestamus pctā scz p̄ confessionē (gemētes). i. suspirātes (fundimus tibi p̄ces). i. oratōnes. z ideo (dimitte) id est dona nobis venīā. de h̄ (qđ peccauimus) id est cōmisimus

Lux et tenebre et nubila confusa mundi z turbida. lux intrat albescit polus. christus venit discedite

Expositio Hymnoꝝ

¶ Materia huiꝰ hymni ē exclamatio quā facimꝰ ꝓtra diabolū. ꝛ iploꝛatio auxilij dei vt diuersitas ꝑtōꝝ ꝛ eoꝛūdē enoꝛmitas a nobis recedāt. ¶ Cōstrue O (noꝛ). i. diabole Itē noꝛ multis modis accipiť. aliqñ ꝓ ira aliqñ ꝓ tpe. aliqñ ꝓ diabolo. aliqñ ꝓ obscuritate. Et notate q ꝛō illa noia. s. noꝛ tenebꝛe ꝛ nubila posuit ad terrēdū. qꝛ tenebꝛaꝝ terꝛoꝛes voluit ꝑ illa exꝑmere. ꝛō dixit (o tenebꝛe). i. pctā (ꝛ nubila) scz discoꝛdie hereticoꝝ (ꝛ turbida mūdi). i. turbatōes ꝛ seditōes (ꝓfusa). i. ꝑmixta (discedite id ē recedite. qꝛ sicut noꝛ diē ꝛ sicut colūba accipitrē fugit. sic pctm iusticiā ꝛ diabolꝰ xꝑm fugit Recedite inquā. qꝛ (xꝑs venit). i. appꝛopinq̄t. ꝛ (luꝛ) sē xꝑs (intrat) scz mētes fideliū (polus) id ē coꝛpꝰ (albescit) id ē nitescit. s. bonis opib⁹. ꝛ sic bñ ꝛ sancte viuēdo xꝑs intrat coꝛda nostra

Caligo terre scinditur. percussa solis radio. rebusq; iam calor redit vultu nitenti sideris

(Caligo terre) id ē obscuritas nostra. vel secretū hereticoꝝ (percussa) illuminata (radio solis) id ē diuino ꝝbo (scindiť) id ē diuidiť. ꝛ (calor) id est vigor spūsscī q̄ scz recessit ꝓpter ꝑsentiā tenebꝛaꝝ (iā redit) id ē reuersus est (rebꝰ) id est coꝛpoꝛib⁹ ꝛ aīab⁹ nostris (vultu nitenti sideris) id ē splēdoꝛe spūssancti qui est verus sol

Te christe solū nouimus. te mete pura ꝛ simplici flendo canēdo quesumus. intēde nostris sensib⁹.

O (xꝑe nouimus te solū) scz redēptoꝛē ꝛ illuminatoꝛē. ergo (quesumꝰ te) ꝛ nō aliū (pura mēte ꝛ simplici) id ē sine hypocrisi (flendo) scz pctā nostra (canēdo) id ē laudādo te de beneficijs tuis (intēde) id ē ꝓbe assensuꝝ (nostris sensib⁹) id ē intēsionib⁹ bonis

Sunt multa fuscis illita. que luce purgētur tua. tu luꝛ eoy syderis vultu sereno illumina

(Multa) id ē multe ꝓtutes vel mala (sunt illita) id ē inūcta vl̄ uncta (fuscis). i. nigris coloꝛib⁹ Fuscus coloꝛ dꝛ falsus coloꝛ q̄ mixtus inter aliꝝ os coloꝛes offuscat nos (que) sē mala (purgent tua luce). i. tuo splēdoꝛe. qꝛ tu xꝑe es (luꝛ eoy sideris). i. oꝛientalis scz patris. ꝛ ideo nos (illumina sereno vultu) id ē claritate spūssancti

Eli deus sanctissime. qui lucidū centrū poli cādoꝛe pingis igneo. augens decoꝛo lumine

¶ Materia huius hymni est laus quam consonavoce scz coꝛdet opeꝛe tenemur deo persolūere. qꝛ ad vtilitatē nostrā oia ꝓduxit. scilz celum ꝛ terrā ꝛ multa alia Nam primo fecit celum ꝛ terram. postea mare. deinde solem ꝛ lunā ꝛc. Rogamus ergo vt ad bꝛauiū sue remuneratōis nobis omnib⁹ dimittendo peccata nos per sui amoꝛis gratiam faciat peruenire O (sanctissime deus celi. qui pingis) id est decoꝛas (lucidū poli centruꝝ) id est spaciū vel punctū poli. seu zodiacū ꝑ quē signa duodecim decurrūt

(igno candore).i.splendore(augens decore lumine)scz cū pictura planetaꝝ z diuersaꝝ stellaꝝ Itē zodias aīal interp̄tat. Centrū vera est medietas sphere.sz hic posuit centrū p toto celo

Quarto die qui flammeam solis rotam constituens. lune ministrans ordinem.vagos recursus syderum.

Supple tu q̄ es(p̄stituens rotā solis flāmeam).i.ardentē(quarto die) ¶ Notādū q̄ p̄ tres dies mūd⁹ sine sole pmānsit.q̄ ꝑma die facta ē angelica creatura.Scda die factū ē celū z aer.Tercia die facta est terra z aqua. Quarta die factus est sol z luna.Quinta aūt die facti sunt pisces z aues Sexta ꝑo die facta sunt aīalia z hoīes.Et tu supple es(ministrās).i.tribuens(ordinē lune.z vagos syderꝝ recursus).i.varios cursus.q̄ stelle nō sp̄ currūt eodē cursu.vel dr q̄tū ad planetas.nā planetaꝝ vagus est cursus.q̄ alius est cursus solis.ali⁹ lune. alius aliorꝝ syderꝝ ꝛc̄.

Ut noctibus vel lumini direptionis terminum. primordijs z mensium signum daret notissimum

Hic rōnem dicroꝝ subdit.vt luna (daret terminū direptōnis).i.separationis seu diuisionis (noctib⁹ vel lumini).i.diei (z daret notissimū)id ē certissimū (signū p̄mordijs).i.p̄cipijs (mensiū)q̄ mensis hz triginta dies parum plus vel minus ꝛc̄.

Illumina cor hominum. absterge sordes mentium. resolue culpis vinculum euerte moles criminum

Et q̄ tu feciſti hec oia (illumina cor hoīm z absterge).i.mūda (sordes).i.prauas cogitatōes (mentiū)scz nostraꝝ.z(resolue).i.dissolue(vinculum culpis).i.a pctis.z(euerte moles criminū).i.magnitudines pctoꝝ

Ox atra rerum contegit terre calores omniū.nos confitentes poscimus.te iuste iudex cordium

¶ Materia huⁱ⁹ hymni ē rogare deū vt ip̄e caliginē mētis z corpis a nobis expellet.Rogam⁹ etiā in hoc hymno clemētiā oipotentⁱ dei. vt nos defendat z p̄tegat ab antiq̄ hoste.s.diabolo.z expellat intrinsecā obscuritatē mētis z corpis.z vt dignet nob fui luminis claritatē p̄cedere p̄seruando nos a pctis ¶ Cōstrue (Atra nox).i.obscura nox(p̄tegit)id ē obtenebrat(calores).i.estuatōes vl illuminatōes(oim rex terre) Nā ob h̄ nō necē est nec etiā vtile ibi morari.vbi scimus q̄ noctis obscuritas oia p̄tegit.z calores herbaꝝ z cereraꝝ rex in suis p̄fundis tenebris obducit z sepelit.Vel exponit sic moraliter(atra nox).i.diabol⁹.q̄ a vera luce recidit(p̄tegit).i.sil' tegit(calores) Sz cū h̄ q̄ nūc lucē syderꝝ habeam⁹ in mēte.z h̄ in medijs noctib⁹.i.cū mund⁹ sedet in tenebris z plus crescunt incēdia carnis.tūc surgam⁹ p̄fitētes deū.s.iudicē cordiū nr̄oꝝ.z iō dr au-

tor (O iuste iudex).i.pscrutator (cordiū).i.mentiū (nos ꝓfitētes) sc̄ tibi pcā nr̄a (poscim⁹ te).i.rogam⁹ ea q̄ sunt vite scz misericordiā z grām.

Tu auferas piacula.sordesqz mentis abluas.doneqz christe gratiam.vt arceantur crimina.

O tu iuste iudex cordiū.i.aiar nostrar (auferas).i.deleas (piacula) id ē grauia pcā.z (abluas).i.purges (sordes mētis).i.suggestiones diabolicas q̄ pungūt nos (qz)p et (o christe dones).i.tribuas (grām) spūs̄ sancti (vt crimina).i.pcā (arceant).i.expellant a nobis.

Mens ecce torpet impia quam culpa mordet noxia.obscura gestit tollere.z te redemptor querere

Dico q expellant crimina.z q̄re.q (ecce ipia mēs).i.aia peccatrix (torpet).i.pigrescit (quā) sc̄ mentē (culpa noxia).i.mala (mordet).i.pūgit z (hoc redemptor).i.saluator (mens gestit).i.cupit (tollere).i.depellere a se. (obscura).i.pcā (z gestit).i.cupit (q̄rere te) sc̄ redemptorē.

Repelle tu caliginem intrinsecus q̄maxime. vt in beato gaudeat se collocare lumine

Et q mens gestit te q̄rere (tu repelle).i.remoue (intrinsecus).i.ex aia (caliginē).i.cecitatē pcōr (q̄maxime).i.pcipue. vt ipa mens (gaudeat se collocari in btō lumine).i.eterna btitudine scz in regno celor.

Ut ecce surgit aurea.pallens fatiscat cecitas.que nosmetipsos in preceps diu errore traxit deuio

¶ Iste hymn⁹ ꝓtinet in supiori hymno.sz intētio ꝑsus est hec.ne scz oculi peccēt Hic ponit anapest⁹ ꝑ spōdeo.z spōdeus scdo loco ponit ꝑ iambo Nox vsqz mō texit calores terre.sz mō discedit ꝓpter lucis aduentū. Et ꝑ dr auror (ecce lux aurea).i.euāgelica pdicatio (surgit) in corda nr̄a.z ideo (ois cecitas pallēs).i.diabolus (fatiscat).i.euanescat (q̄) cecitas (traxit) id ē duxit (diu).i.multū (nosmetipos) sc̄ homines (in p̄ceps).i.in ruinā vel in p̄cipitiū (deuio errore).i.puersa suggestione.

Nec lux serenum conferat.purosqz nos presset sibi. vt nihil loquamur subdolum z voluamus obscurum nihil.

¶ Cōstrue (hec lux) sc̄ q̄ surrexit (ꝓferat).i.donet nob (serenū).i.ꝑtutē spūs̄cti (presset nos puros).i.mūdos ab oi pcō (sibi).i.ad honorē suū. vt (loq̄mur nihil subdolū).i.nihil deceptoriū.z (nihil voluam⁹ obscurū) id est nō cogitemus aliqd aiam maculans.

Sic tota decurrat dies.nec lingua sit mendax.nec manus oculi

nec peccent lubrici. nec nocua corpus inquinet.

(Tota dies). i. totū tps vite nre (decurrat sic) scz nō loquēdo subdolū (nec lingua mēdax sit). i. nō dicat mendaciū (nec manꝰ peccēt). i. nō faciant aliqd mali (nec oculi lubrici peccēt) scz videndo illicita (nec nocua) id ē culpa corruptōis (inquinet). i. defedet vel polluat (corpus) nostꝝ.

Speculator astat desuper. qui nos diebꝫ oīmibꝫ. actusqꝫ nostros prospicit. a luce vsqꝫ ad vesperum

Et nolite peccare. qz (speculator). i. dñs (astat). i. aspicit nos (desup) id est de celo (oīmibꝫ diebꝫ). i. quotidie (qꝫ) per (pspicit) id ē a longe videt (nostros actus). i. nostra opa (a luce). i. a natiuitate (vsqꝫ ad vesperꝫ) id ē vsqꝫ ad finem vite nostre.

Agne dei potentie. qui ex aquis ortum genus. partim remittis gurgiti. partim leuas in aera.

¶ In ℔ hymno ptinet opus qđ fecit in qnto die. qz tūc creauit pisces z aues ex aq̄. z ipoꝫ q̄ ex aq̄ fecit misit partē gurgiti. i. mari scz pisces. z prē leuauit in aera. s. aues. Creauit q̄qꝫ cete grādia. bñdixitqꝫ ei dicēs. Crescite z multiplicamini z replete aq̄s maris. auesqꝫ multiplicēt sup terrā. z sic pisces z aues orti sunt ex aq̄. Sz aues nō comedūt oī tpe sicut pisces. qđ iō fit. qz aues p coitū generant sicut z nos qđ nō ē in piscib. Vel qz aues sunt calidioris nature q̄ pisces Intēdit etiā auctor rogare deū. vt nos q̄ sumus abluti z mūdati in sacro baptismate ab originali crimine. sic seruet nos vt nesciam ꝰ lapsus criminū z vt diabol ꝰ nō depmat nos p crimina lia pctā. z ℔ ē qđ dr (O dei magne potētie). i. potestatꝫ (q̄ remittis genꝰ) id ē pisces z aues. genꝰ dico (ortū ex aquis) baptismatꝫ (scz partim gurgiti). i. mari. s. inferno. vt pisces. id ē malos homies. z (leuas). i. subleuas (partim in aera). i. in regnū celoꝝ. vt aues. i. bonos hoies. quasi diceret sicut in aere aues collocauit. ita in celo hoies sanctos disposuit.

Dimersa lymphis imprimens. subuecta collo irrigans. vt stirpe vna prodita. diuersa rapiant loca.

Construe. O tu diues (imꝑmens). i. deputās (dimersa). i. deorsum mersa vt pisces. i. malos hoies (lymphis). i. aquis ifernalibꝫ. z (irrigās) id est subleuans (subuecta). i. sursum vecta. vt aues. i. bonos hoies (collo). i. capite (vt ꝓdita). i. orta (vna stirpe). i. vno baptismate renati (rapiant). i. accipiāt (diuersa loca). i. distinctas mansiones. s. aerē z aquā. i. vitam eternā vel eternā damnatōem Vel. diuersa loca. i. varia habitacula in celo. qz mansiones multe sunt in regno celoꝝ iuxta distinctos gradus beatoꝝ. qz qlibet sanctoꝝ hoīm specialem hz locum vel gradum letitie in celo iuxta bona opera sua que fecit in hoc mundo

Expositio Hymnoꝝ

Largire cunctis seruulis.quos mundat vnda sanguinis nescire lapsus criminum.nec ferre[mortis] tedium.

Et tu q̄ oīa fecisti (largire).i.tribue (cunctis seruulis).i.oīb⁹ famulis tuis (nescire).i.nō sentire (lapsus criminū).i.casus pcīoꝝ q̄ dimissa sunt in baptismo (quos) seruulos (vnda).i.effusio (sanguinis) tui (mundat) id ē lauat a pcīis (nec p nō. z largire seruulos tuos nō (ferre).i.nō pati. (tediū mortis) id est penam diaboli

Ut culpa nullum opprimat.nullū leuet iactantia. elisa mens nec concidat.eleuata mens nec corruat

Ad hoc largire (vt culpa).i.graue pcīm (nullū deprimat).i.nō aggraꝫuat vl arguat vllū xp̄ianū (z iactātia).i.superbia de bonis (nullū leuet).i. nō extollat (z mens).i.aia (elisa).i.lesa a pcīo (nō pcidat).i.non incidat in desperatiōem (nec) p nō (mens eleuata).i.inflata p superbiā (corruat).i. cadat supple in eternā damnatiōnem

t Ut trinitatis vnitas.orbem potenter qui regis.attende laudum cantica.que excubantes psallimus

In ꝫ hymno autor nos hortat de somno surgere z medelā viciorꝝ q̄rere. Intēdit etiā in ꝫ hymno ipam trinitatē laudare inuocare. p quā mundus regit. vt ipleat nos suo lumine. vt q̄cq̄d peccauim⁹ fraude demonū. ip̄e xp̄s abstergat celit⁹.i.de celo. z ꝫ ē q̄ dr (O tu vnitas).i.o sctē spūs q̄ procedis a patre z filio (trinitatis) scz psonaꝝ (q̄ regis).i.gubernas (potēter).i.potētia tua (orbē).i.mundū (attēde cantica laudū).i.hymnoꝝ (q̄) supple cātica nos (excubātes).i.vigilātes (psallim⁹).i.cantamus.

Jam lectulo cōsurgimus.noctis quieto tempore vt flagitemus vulnerum a te medelam omnium.

Nos (surgim⁹ iā lectulo).i.ex desidia. Lect⁹ em̄ dr ab electis z mollib⁹ herbis.sup q̄s antiq̄ recūbebāt (q̄eto rpe noctis) z ad q̄d (vt flagitemus).i.rogem⁹ (a te medelā oim vulnerꝝ).i.pcīoꝝ.

Quo fraude quicquid demonum in noctib⁹ delinquimus abstergat illud celitus tue potestas glorie.

Cōstrue (Quo) put (potestas glorie tue).i tue laudis (abstergat).i. abluat mūdet vl purget (celitus).i.diuinit⁹ (illud) sc pcīm (quicq̄d) sc viciorꝝ (delinq̄mus).i.p mittim⁹ (fraude).i.deceptione (demonū).i.diaboloꝝ (in noctib⁹).i.in tenebris viciorꝝ.

Nec corpus assit sordidum.nec torpor instet cordiū.nec crimi-

nis contagio. non tepescat ardor spiritus.

Cōstrue (corpus) nostrū nec (assit). i. nō sit (sordidū). i. pollutū vel fetidū (nec torpor). i. pigricia vel malicia (cordiū) nostrox (instet). i. insit nobis (nec pcagio). i. macula (criminis) supple assit nobis. z (ardor spiritꝰ). i. amor vel gra spūsancti (nō tepescat). i. nō deficiat in nobis

Ob hoc redemptor quesumus reple nos tuo lumine. per quod dierum circulis nullis ruamus actibus

Ut amor tue gratie nō deficiat in nobis (ob hoc). i. ꝓpter hoc. o (redēptor qsumꝰ) id ē rogamꝰ te (reple nos) pctōres (tuo lumine). i. tuo splendore (p qō) lumē (nullis actib⁹). i. nullis peccatis (ruamus). i. cadamꝰ (circulis diex). i. revolutionib⁹ diex

Terna celi gloria. beata spes mortalium. celsi tonantis vnice. casteqz proles virginis.

¶ Materia huiꝰ hymni est invocatio ad xpm filiū btē ꝟginis vt dignet nobis suā misericordiā tribuere. dexterā porrigere. vt mereamur corroboratōem fidei. z charitatis obtinere Et h̄ est qō dr O christe tu existēs (eterna glia celi) scz angelox z beatox hoim. vel qr pater tuꝰ celestis per te glorificat. z (o beata spes mortalium). i. xpianox hoim. z (o vnice celsi tonātis). i. celestis patris fm diuinitatē. qz. pro et. o ꝓles. id ē filia caste ꝟginis. scz marie. supple fm humanitatē

Da dexteram surgētibus exurgat et mens sobria. flagransqz in laudem dei grates rependat debitas

Construe O tu eterna glia (da dexterā). i. auxiliū tuū nobis (surgentib⁹) supple a vicijs (z ita mens nostra). i. aia nostra (sobria). i. abstinēs (exurgat) scz ad laudē tuā (qz). p et. supple mens (flagrās). i. ardens (in laudē) id ē honorē dei oipotētis (rependat) id ē psoluat (debitas grates id gratiarū actōes in hymnis z cāticis deo oīpotēti.

Ortus refulget lucifer sparsamqz lucem nūciat. cadit caligo noctium. lux sancta nos illuminet.

Construe (Lucifer). i. stella matutina. s. christus (ortus) id ē genitus (refulget) id ē splēdet mūdo (qz) p et (nūciat). s. mūdo (sparsam lucē). i. natā. vere nūciat. qr (caligo noctiū) id est obscuritas diaboli (cadit) supple in mūdo. z ideo (lux sancta) id ē xp̄s. sua sanctificatōne (nos illuminet) id ē corda nostra illustret lumine spiritussancti

Manensqz nostris sensibus noctem repellat seculi omniqz fine

dici purgata seruet pectora.

Vt ipa lux (manens nostris sensib⁹).i.in nobis q̄ habem⁹ q̄ncq̄ sensus corporeos (repellat) s⁹ a nobis (noctē).i.diabolū (seculi).i.mundi.ꝛ illa lux (seruet pectora nostra).i.corda (purgata).i.mūdata.s.a vicijs (oīni fine diei).i.oīni tempore vite nostre

Quesita iam primū fides radicet nostris sensib⁹.secūda spes con

gaudeat qua maior extat charitas.

Construe (Fides quesita a nobis).s.in baptismo (iam primū).i.cito ideo dicit primū.qꝛ fides est prima inter oēs virtutes.vt ibi fides.spes.ꝛ charitas (radicet).i.ponat radices (sensib⁹ nostris).i.ī mēte nostra.ꝛ (sēda spes).s.a fide.p quā.s.speramus vitam (ꝑ gaudeat.ꝛ charitas).i. talis virtus (extat maior).i.virtuosior. Juxta aplm p̄ma Corinth.xiij. Maior aūt horum charitas.

Lasmator hominis deus.q̄ cūcta solus ordinās humū iu/

bes producere reptantis ꝛ fere genus

¶ In hoc hymno cognoscit illud qđ fecit deus in sexta die Creatis si q̄ dē oīb⁹ reptilib⁹.s.piscib⁹ auib⁹ꝛ alijs bestijs q̄nta die.sexta die formauit deus hoiem ad imaginē suā.ꝛ p̄cepit oīb⁹ aialib⁹ dicēs.crescite.ꝛ mlt̄/plicamini ꝛ replete terrā ꝛ dixit homini.dominamini piscib⁹ marꝝ.volatilib⁹ celi ꝛ vniuersis animātib⁹ q̄ mouent sup terrā.posuitq̄ eū in paradiso delicijs vt oparet.ꝛ custodiret illud vt ꝑ Gen.p̄mo ꝛ sēdo Intendit itaq̄ autor rogare deū.vt sicut deus fecit hoiem supiorē cūctis aiantib⁹.sic dignet nos custodire vt nō efficiamur iferiores brutis aialib⁹ ꝓpter pcā nr̄a Cur q̄ hoies creauit q̄s futuros p̄sciebat malos.ideo qꝛ sicut p̄uidit qđ mali essent facturi.sic etiā p̄uidebat qđ boni eēnt facturi Vel dꝛ.quis no uit sensum dñi.aut q̄s ꝯsiliari⁹ eius fuit.q̄si diceret nullus.ad Roma.xi

Cōstrue.(O de⁹ plasmator).i.creator (hois) scz ade (q̄ solus ordinās cūcta).i.disponēs oia (iubs).i.p̄cipis (ꝓducere humū).i.terrā. vel humū).i.ecclīam.s.bonos.ꝛ malos hoies Ecclesia aūt ē ꝯgregatio fideliuꝝ (genus reptātis).i.serpētis (ꝛ fere).i.bestie

Qui magna rerū corpora dicto iubentis viuida.vt seruiant p̄r

ordinem subdēs dedisti homini

Construe O tu deus q̄ fecisti (dicto iubenti).i.ꝛbo filij tui (magna corpora) id ē iumēta pecora bestias (rerum) scz diuersarum (viuida) id ē animata.ꝛ (subdens) id ē supponens illa aialia (dedisti homini vt seruiant).s.homini (per ordinē) scz vt vnumquodq̄ animal seruiat homini in illo ad qđ ordinatum est a natura.vt oues leporos porcos ad commen/dendum ꝛc.

Repelle a seruis tuis quicq̄d per immundiciam.aut moribus se

ſuggerit.aut actibus ſe interſerit

Conſtrue Et o de⁹ (repelle).i.remoue (a ſeruis tuis q̄q̄d ſuggerit).i. infert (ſe p̄ immūdiciā).i.p aliquā ſupfluitatē vel p ſordidā cōmeſtionem (aut moꝛib⁹) ſeꝛ malis.q̄.ſ.ex ꝓſuetudine peccādi ſe abſtinere nō poſſunt a peꝛis (aut interſerit).i.immiſcet (ſe actib⁹) ſeꝛ pueꝛilis.

Da gaudioꝛum p̄mia.da gratiaꝛum numeꝛa.diſſolue litis víncula.aſtringe pacis fedeꝛa

Conſtrue O deus (da p̄mia).i.remuneratōem (gaudioꝝ).ſ.eteꝛno rū (da munera grāꝝ).i.dona ſpūſſeti (diſſolue vincula litis).i.peꝛtā odij (aſtringe).i.ꝓiūge (fedeꝛa pacis).i.ꝓcoꝛdiā ſalutis.

Umme deus clemētie mūdiq̄ factoꝛ machine.vnus potētialiter trinuſq̄ peꝛſonaliter

¶ Materia huiꝰ hymni eſt cognitōem habeꝛe trinitatis in vnitate.ꝛ vnitatis in trinitate.Intēdit etiā autoꝛ rogare deū vt cingat lumbos noſtros cingulo caſtitatis.ꝛ adurat.i.inflammet vel repleat coꝛda nr̄a igne ſpūſſancti vt caſto coꝛpe ꝛ mūdo coꝛde deo ſeruire mereamur

Cōſtrue (O deus ſumme clemētie).i.alte pietatis.ꝛ o (factoꝛ machine mūdi).i.creatoꝛ totiꝰ vniuerſi.ſupple q̄ es (potētialiter vnꝰ).ſ.in potētia ſm diuinitatē.ꝛ (trinus ꝓſonaliter).i.trinus in ꝓſonis

Noſtros pius cum cantic⁹ fletus benigne ſuſcipe.quo coꝛde puro ſoꝛdibus te peꝛfruamur largius

Conſtrue Et tu (pius).i.benignus ſeu miſericoꝛs (ſuſcipe benigne noſtros fletus).i.lacheꝛymas (cū cāticis) id eſt cum hymnis vel laudibus (q̄) p̄o vt (p̄fruamur te largius) id eſt amplius.ꝛ hoc (coꝛde puro) id ē mūdo (ſoꝛdib⁹) id eſt a vicijs.

Lumbos iecuꝛq̄ moꝛbidum adure igne cōgruo.accincti vt ſint peꝛpetim.luxu remoto peſſimo

Conſtrne O deus (Adure).i.accēde (igne ꝓ gruo).i.ſpūſctō (lūbos noſtros ꝛ iecur).i.epar Et nota q̄ hec tria.ſ.iecur.cereb⁹ū.ꝛ lūbi cogunt hoiem peccare (vt ſint accincti).i.vt lumbi ſint caſti ꝓ ira libidinē (peꝛpetim).i.ſp (remoto peſſimo luxu).i.depoſita peſſima luxuria.que multos ꝓch doloꝛ ducit ad gehennam

Ut quiq̄ hoꝛas noctiū nunc concinēdo rumpimus.donis bēatis patꝛie ditemur omnes affatim.

Expositio hymnorum

Cōstrue (Ut q̄q̄) .i. q̄cūq̄ (p̄cinēdo) .i. psallēdo (rūpimus) id ē per vigilias diuidimus (horas noctiū) q̄ tūc bonū z q̄tū ē orare (ditemur id ē diuites efficiamur (affatim) .i. abūdāter (t̄eatis donis patrie) .i. bt̄i tudine patrie celestis ad quā nos deꝰ dignet̄ p̄ducere Amen

Aurora iam spargit polum. terris dies illabitur. lucis re/

sultat speculum. discedat omne lubricum

¶ Dixi qr placem⁹ eũ deuotissime (vt ipe purgãs nos a cũctis sordibꝫ et petis ornet nos ꝑ virtutibꝫ) ꝛ faciat nos pseuerare in eis. ꝛ qr (iungat nos angelicis cetibꝫ in celestibꝫ) in regno celoꝝ.

Sit benedictus genitor eiusqꝫ vnigenitus cum spiritu paraclito in sempiterna secula Amen

(Genitor). i. deus pater (sit bñdictus ꝛ ei⁹ vnigenitus). i. xp̃s q̃ ẽ filius dei (cũ spũ paraclito). i. ꝓsolatore) in sempiterna secula. Amen

Larum decus ieiunij monstratur orbi celitus. quod xp̃us author omnium cibis dicauit abstinẽs

¶ In h̃ p̃senti hymno hortat nos ꝛ admonet autor ieiunioꝝ obseruãtiã et autoritatẽ habere a xp̃o ꝛ efficaciã. ꝛ vt antiq̃ patres moises helyas consequuti sunt vitã eternã. ita ꝛ nos ꝓseqũmur. ✠ Cõstructio (clari deus ieiunij). i. ꝓmẽdabile ieiunij (mõstrat). i. dat (orbi). i. mũdo (celitus). i. de celo (qđ) ieiunij (xp̃s) exist̃s (author). i. creator (olim tex (dicauit). i. sanctificauit (abstinẽs cibis). i. a cibis

Hoc moises clarus duo legisqꝫ lator factus ẽ. hoc heliam p aera

curru leuauit igneo

(Moyses factus es charus).i.dilectus(deo hoc)s^c ieiunio.i.p ħ ieiunīū(qđ)p z moyses fact^o est(legislator).i.dator legis diuine(ħ).i.p ħ ieiunīū.z(ħ)s^c ieiunīū(leuauit).i.vexit(helyā)illū ꝓphetā(igneo curru) id ē in q̄driga ignea(p aera).i.p aerē.qz cū helias trāsgressus eēt iordanez cū discipulo suo helizeo fugiēs ꝑsequutōnes Jezabel raptus est helyas in curru igneo in paradisum terrestrē.pallio suo dimisso.helizeus aūt pallio leuato reuersus est ad iordanē z ꝑcutiēs aquā cū pallio.cessit aqua iordanis.z transiuit ꝓphēta sicco pede

Hinc daniel mysteria victor leonum viderat.per hoc amicus intimus sponsi Joannes claruit

(Daniel)ille ꝓpheta exīs(victor leonū).i.leones nō nocuerūt ei(videra)s^c p spīnsanctū(mysteria).i.secreta q̄ nemo ali^o scire potuit(hinc) id ē p hoc ieiunīū.z(ioānes)baptista(claruit).i.fact^o ē(intimus amicus spōsi).i.christi(p hoc)supple ieiunium.

Hec nos sequi dona deus per exempla parsimonie.tu robur augementium dans spiritale gaudium.

Et qz isti amici spōsi facti sunt p ħ ieiunīū(o de^o dona).i.ꝓcede(nos) christianos(seq̄).i.imitari(hec)s^c ieiunia(p exēpla parsimonie).i.abstinētie cibi z pot^o z(tu auge robur).i.fortitudinē(mētiū).i.cordiū(dās) id ē donās(spiritale gaudiū(.i.lenciā spiritus

Presta pater per filium,presta per almum spiritum.cum his per enum.triplici vnus deus cognomine.

O(pater presta).i.dona nobis hec q̄ supra petiuim^o(p filiū)tuū vnigenitū.z(presta p almū spiritū)tu dico exīs(vnus de^o)in essentia(cum his).i.cū filio z spūsancto(triplici cognomine).i.sub trib^o noibus distinctis(p euū).i.eternaliter vel imperpetuū.

e X more docti.mystico seruemus hoc ieiunium.deno dierum circulo ducto quater notissimo

Materia huī^o hymni ē ꝓmēdatio ieiunij z hortat nos ieiunare z deo seruire.z ħ tpe ieiunij in orōib^o z bonis opib^o plus q̄ī alīs dieb^o.vt inde habeam^o vitā eternā.z ħ ē qđ dr O fratres(nos docti).i.instructi(ex mystico more).i.ex figurata ꝓsuetudine(seruem^o ħ ieiunīū)in q̄ mō sum^o.i. caste z honeste(deno circulo).i.denario numero(diex notissimo).i.manifestissimo(ducto).i.multiplicato(quater).i.p quattuor

Lex et prophete primitus hoc pertulerunt postmodum christus sacrauit omnium rex factor atq̄ temporum

Expositio Hymnoꝝ

(Lex) data ꝑ moysen (z ꝓphete) scz helyas z alij (pertulerunt hoc) ieiunium (primitus) .i. primo. z (xp̄s rex oim) hoim (atq;) pio z (factor). i. creator (tempoꝝ sacrauit) id ē sanctificauit illud (postmodum) id est post moysen z ꝓpheras. qz ieiunauit ꝑ quadraginta dies donans nobis exemplum. vt etiam ieiunemus

Utamur ergo parcius verbis cibis z potibus somno iocis z artius pstemus in custodia.

Et qz ꝓphete z postea xp̄s ꝓsecrauerūt hoc ieiuniū (ergo vtamur parcius) id ē tēperātius (verbis) inutilib; (cibis z potib;) id est a superfluitate comestionis z ab ebrietate. qz mediāte crapula nos labimur in peius. nā venter mero estuās de facili spumescit in libidinē. z nō solū istis vtamur parcius. sed etiā (somno) nimio (z iocis) illicitis (z pstemus) id ē pseueremus (artius) id ē fortiꝰ (in custodia) anime nostre.

Uitemus ante pessima queq; subruūt mentes vagas nullumq; demus callido hosti locum tyrannidis

Dico qꝫ relictis vicijs pstemus in custodia xp̄ti. z (vitemus) id ē abiciamus a nobis (ante) id ē ꝑus (pessima) id ē pctā vel praua opera (que q; subruūt) id ē opprimūt (mētes vagas) id ē ad malū ꝓnas (q;) ꝑz (nullū locum) id ē nullā occasionē (tyrannidis) id est crudelitatis siue pcti (demus callido hosti) id ē diabolo

O Icamus oīes cernui clamemus atq; singuli ploremus ante iudicem flectamus iram vindicem

¶ In hoc hymno hortat nos autor vt rogemus deū cū ꝓphis z lachrymis. vt ipe auertat a nob irā suā z dimittat nobis delicta nr̄a. z h̄ ē qđ dr nos (oēs) existētes (cernui) .i. humiles (dicam) .i. rogem (atq;) ꝑ z (singuli) .i. oēs (clamemus) ad deū. z (ploremus añ iudicē) id ē xp̄m (flectamus) id ē placem (vindicē irā) scz xp̄i quā hz aduersus nos.

Nostris malis offendimus tuam deus clemētiā. effunde nobis desuper remissor indulgentiam

O (deus offendim) .i. irritauim (tuā clemētiā) .i. benignitatē (nr̄is malis) .i. ꝑ pctā nr̄a. z qz tu pius es z misericors z dixisti. nolo mortē pctōris. scz magꝭ vt quertat z viuat. iō (o remissor) .i. ꝓdonator delictoꝝ (effunde) .i. mitte (nobis desup) id ē de celo (indulgētiā) .i. remissionē pctōrum

Memento qꝫ sumus tui licet caduci plasmatis. ne des honorem nominis tui precamur alteri.

Et emittere debes nob de celo veniam. qz nos redimisti sanguine tuo z ideo o dñe (memēto) .i. recordare (qꝫ sum) tui (famuli) licz) ꝑ q̄uis (ca-

duci)id ē fragilis(plasmatis)sez ade(p̄camur)id ē rogamus(ne des-ho nozē nois tui)sez nos xp̄ianos q̄ a noie tuo vocati sumus xp̄iani(alteri) id ē inimico humani generis.s. diabolo

Laxa malū quod gessimus.auge bonū quod poscimus.placere q̄ tandem tibi possimus hic z perpetim.

Et qz alter nō deber occupare honozē nois tui rogam⁹ te(laxa)id ē dimitte nob(malū).i.pcm̄(qđ gessim⁹).i.qđ male fecim⁹(auge).i.augmēta(bonū qđ poscim⁹)a te(q̄ possim⁹).i.valeam⁹(tādē).i.vltimo(placere tibi)xp̄o(hic)id ē in p̄nti(z ꝑpetim)id ē in ꝑpetuū

V Exilla regis prodeunt fulget crucis mysteriū quo carne carnis conditor suspensus est patibulo.

¶ Materia huj⁹ hymni ē talis. vt dr btūs Ambro. Passio dñi venit z qz venit debemus de ipa aliq̄d dicere. Dicam⁹ q̄ q̄ vexilla regis xp̄i iā ꝑdeūt. vexilla em̄ xp̄i sunt baptismus. sacramētū altaris. z alia sacramenta eccle Cōstrue(Vexilla)id ē signa(regis)id ē xp̄i(ꝑdeūt)id ē ap̄parēt(mysteriū)id ē sacrificiū(crucis fulget).i.claret. qz expugnauit diabolū(q̄)mysterio(ꝯditor)id ē creator(carnis suspēsus ē carne)id ē cū corpe(sitio xp̄io(patibulo)id ē in cruce

Confixa clauis viscera tendens manus vestigia redemptōis gratia.hinc immolata est hostia

Ego dixi q̄ xp̄s suspēsus ē patibulo.i.in cruce.z ideo xp̄s ē hostia immolata.vel talis ē littera.s.in ara crucis(gr̄a redēptōis).i.saluatio gn̄is humani(tendēs).i.extēdēs(man⁹)sez suas in cruce(z tēdēs vestigia sanguinis ip̄i⁹.z p̄ h̄ notat q̄ sanguis fluxerat ꝑ totū corp⁹ ip̄i⁹.tēdens dico viscera innumerabilia.qz in tm̄ fuit extēsus xp̄s in cruce q̄ oia mēbra ip̄ius poterant numerari(ꝯfixa)id ē ꝑforata(clauis)claui em̄ sunt positi in manib⁹.z pedib⁹ suis.z lācea in latere suo.z inde exiuit sanguis z aqua ex inde dico manauit sanguis redēptōnis nostre z aqua baptismatis ex q̄b⁹ nos xp̄iani regeneramur in fonte z in sacro baptismate.

Quo vulneratus insuper mucrone dire lancee.vt nos lauaret crimine.manauit vnda sanguine.

Ecce mysteriū crucis fulget ꝑ totū mundū. qz ꝑ crucē habemus altare ꝑ corpus xp̄i hostiā.ꝑ sanguinē vinū.z ꝑ sudorē aquā. ex q̄b⁹ sacrificiū facimus singulariter.qz ex imolatōe crucis sibi fit altare.z ideo ꝑ crucem habem⁹ altare.in q̄ sacrificam⁹ (quo).i.in q̄ patibulo s^c ip̄e ꝯditor(vulnerat⁹ insup).i.sup vulneratōnem clauoꝝ(mucrone).i.acumine(dire lancee).i.crudelis cuspidis.z ad q̄d.ad hoc.s.(vt lauaret nos a crimine).i.a pctis(vnda).i.aqua(manauit).i.effluxit(sanguine).i.cū sanguine.

Expositio hymnorū.

Impleta sunt que cecinit dauid fidelis carmine. dicendo nationibus regnauit a ligno deus

Et ex eo tpe ꝑpetrata sunt q̄ scripta sunt de xp̄o p ꝓphas vñ ipe sumēs aceti in cruce cū spongia dixit ☩ cōsummatū ē. z h̄ est qđ dr Illa (sunt impleta). i. cōpleta in xp̄o (q̄ dauid cecinit). i. ꝓpheauit. exp̄s (fidelis). i. certificatus (carmine). s. in psalterio (dicendo). i. ꝓpheādo (natōnib⁹). i. oib⁹ gentib⁹ (de⁹ regnauit a ligno) sup̄ple crucis. qz post passionē z mortē suaz amariss. nā resurrexit eternaliter regnaturus

Arbor decora z fulgida ornata regis purpura. electa digno stipite tam sancta membra tangere.

Et quia pependit in cruce possumus ꝓferre vocē admiratiōis dicēres ☩ (decora z fulgida arbor ornata). i. fulcita (purpura) id ē sanguine (regis). i. christi (electa tangere). i. portare (tam sancta mēbra). s. xp̄i (digno stipite) id ē in sancto trunco.

Beata cuius brachijs secli pependit precium statera facta corporis. predamq̄z tulit tartaris.

Cōstrue (beata) s^c arbor vel crux (cui⁹ brachijs). i. cornib⁹ (p̄ciū secli) id ē mūdi (pepēdit) arbor dico (facta statera) id ē trutina (corpis) christi (q̄z) per (tulit). i. abstulit (tartaris). i. ex infernis (predā). i. spolia. qa descēdit ad inferna liberās alias sanctoz.

O crux aue spes vnica hoc passionis tēpore. auge pijs iusticiā. reisq̄z dona veniam.

¶ H̄ sermo ad crucem dirigitur Construe (O crux) s^c existens (vnica spes) nostra (aue). i. salue (auge). i. multiplica (iusticiā pijs). i. pietatem hab̄ētib⁹ (hoc tpe passionis) z (dona veniam). i. remissionē peccatorum (reis) id ē peccatorib⁹

Te summa deus trinitas collaudat omnis spirit⁹. quos per crucis mysterium saluas rege per secula. Amen.

Et q̄z nos redemit suo sanguine. ideo o (summa trinitas). i. o de⁹ oīpotēs q̄ es trinus in psonis (ois spūs collaudat te) et (quos) sicz hoies (saluas). i. literas (p mysteriū crucis). i. p passionē (rege p secla) cūcta. Amē

p Ange lingua glorioſi prelium certaminis. et super crucis tropheum dic triumphuz nobilem qualiter redemptor orbis immolatus vicerit.

¶ Hymnus iste ꝓtinuatur superiori Dixerat em̄ q̄ dñs positus fuerat in cruce. z latus eius perforatum lancea. z sic deprecamur eum q̄ sicut

mortuus est. i. sicut corpus qđ assumpsit in ꝟgine z in cruce dimisit. z ad inferna descēdit z cū diabolo pugnauit z eū superauit. sic faciat nos vincere cūcta nob aduersaria. s. diabolū z mūdū cū ꝯcupiscētia sua z domesticū inimicū. s. carnē. de q̄ ōr. Quāto famosior tāto piculosior. Et h̄ est qđ ōr. ℣. (ligua pāge). i. manifesta (p̄liū certaminis gl̄iosi). i. victoriā quā xp̄s obtinuit moriēdo p̄ nos carnē q̄ vicit morte mortē sua. vñ ipe ait ℣ mors ero mors tua zc. (z dic triūphū nobilē) de inimicis fugatis (sup trophe/um). i. victoriā (crucis) s̄c scte (gl̄iter redēptor). i. liberator (orbis). i. totiꝰ mūdi (imolatꝰ) in ara crucis (vicerit) s̄c diabolū ¶ Et nota q̄ añ passionē xp̄i diabolꝰ duas manꝰ. i. p̄tates. s. in corpe z aīa homis habuit. qr q̄sdā in corpe z in aīa. q̄sdā tm̄ in oīa post morte tpalē trahebat ad se. sed mō post passionē xp̄i vnā hz. s. de duab⁹ potestatib⁹ z amisit vnā.

De parentis protoplasti fraude factor condolens quando pomi noxialis morsu in mortem corruit. ipse lignum tunc notauit damna ligni vt solueret

¶ In hoc loco antipofrasat autor. qr alicꝫs forte diceret q̄re fuit xp̄s immolatus. R̄ndet. qr ꝯdoluit de deceptōe p̄mi parētis. s. ade. Et h̄ est qđ ōr (factor). i. ꝯditor (ꝯdolens de fraude parentis) nostri ade (protoplasti). i. p̄mi hois formati (q̄ corruit). i. cecidit p̄mus parēs (in morte) et hoc (morsu pomi noxialis). i. nociui (ipe) xp̄s (tūc notauit) pordinādo signauit (lignū) sue crucis (vt solueret). i. recuperaret (damna ligni) sc̄z q̄ venerant p̄ lignū vetitum.

Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat multiformis p̄di/toris ars vt artē falleret. z medelā ferret inde. vñ hostis leserat

Bene dico q̄ xp̄s tūc notauit lignū. vt solueret dāna ligni. quia nullo alio mō poteramus recuperari z hoc aggredit dicere (Ordo nostre salutis. depoposcerat hoc opus). s. vt deus carnē sumeret. z patibulū crucis subiret. vt p̄ lignū dāna ligni resolueren̄ (vt ars). i. deus q̄ est artifex oīm rer̄ (falleret). i. destrueret (artem multiformis p̄ditoris). i. diaboli (z ferret inde). i. ex illo ligno (medelā). i. salutē oīm gentiū (vñ). i. de quo ligno (hostis). i. diabolus (leserat). i. nocuerat

Quando venit ergo sacri plenitudo tp̄is missus est ab arce patris natus orbis ꝯditor. atq̄ ventre ꝟginali caro factus p̄dijt.

(Ergo q̄ñ). i. postq̄ (plenitudo tp̄is). i. vltima etas (venit). i. approp̄inquit (natus). i. filiꝰ (ꝯditor). i. creator (orbis). i. mūdi (missus est ab arce). i. summitate (patris) s̄c in mūdū (atq̄ factꝰ caro). i. carnalis (p̄/dijt) exijt (vētre ꝟginali) Et nota q̄ sicut flos sine macula pulcher z olēs ac suauis nascit. ita xp̄s sine semie z sine crimie de vtero ꝟgis marie p̄dijt

Expositio Hymnoꝝ

Vagit infans inter arcta positus p̄sepia. membra p̄nis inuolu
ta ꝟgo mater alligat. pedes manusq; crura stricta cingit fascia

Cōstrue (Infans). i. xp̄s (positus inter arta p̄sepia). i. angusta p̄sepia (vagit). i. plangit. ¶ Et nota q̄ vagire est ꝓpriū puꝛoꝝ (ꝟgo) maria (mater) sua (alligat membra) sua (inuoluta pannis ⁊ stricta fascia). i. vi/tella (cingit pedes ⁊ manus ⁊ crura)

Gloria et honoꝛ deo vsq; quo altissimo vna patri filioq; inclyto
paraclito. cui laus ⁊ potestas p̄ eterna secula Amen.

Cōstrue (Gloria. ⁊ honoꝛ vsq; q̄). i. vbiq; sc̄ sit (deo altissimo vna). i. eq̄liter patri ⁊ filio (inclyto). i. gloꝛioso (⁊ paraclito). i. spūisancto sit laus et glia. simil̄r eq̄lis gloria coeterna maiestas trino in p̄sonis. ⁊ vni deo (cui laus est ⁊ potestas p̄ eterna secula Amen)

I Ustra sex qui iam peracta tempus implens coꝛporis se
volente natus ad hoc passioni deditus agnus in cruce le
uatur immolandus stipite.

¶ Nota q̄ lustrū dꝛ spaciū q̄nq; annoꝝ. ⁊ dꝛ a lustrādo. eo q̄ romani lu/strabāt p̄ spaciū q̄nq; annoꝝ in capite anni totā romā ⁊ nos sil̄r p̄ quinq; eraꝛes debem⁹ lustrare totā romā. i. sanctā eccl̄iam, vincentē inimicos ¶ Hymn⁹ iste sic ꝓtinuat. xp̄s carnal̄r erat. xxx. annoꝝ cū eēt dedit⁹ pas/sioni. Lustra sex ⁊c̄. Et nota accusatiui ⁊ ablatiui casus p̄nt ibi legi. Ablatiui sic legunt (agnus q̄ est iplens tp̄s). i. eratē coꝛpis hūani (sex lu/stris iā pactis) ⁊ ē ibi positio casus p̄ casu. melius tn̄ est vt acci ibi legāt sic (agn⁹). i. xp̄s (q̄ ē implēs tp̄s). i. eratē (coꝛpis) humani (sex lustra). i. erginta annos (iam pacta). i. ꝓpleta (deditus). i. dat⁹ (passioni) sc̄ acer be (natus ad h̄). i. ad illā passionē (se volente). i. sponte sua leuat in cruce (immolandus) sacrificandus (stipite). i. in ligno

Hic aceto fel arundo sputa clauis lancea mite coꝛp⁹ p̄foꝛat san/guis vnda p̄fluit. terra pontus astra mundus q̄ lauant flumine

Cōstrue (Hic). i. in cruce dederūt ei fel mixtū cū aceto (arundo) id est calamus (trādit ei in signū derisionis p̄ sceptro. ⁊ p̄ter hec (sputa) sc̄ ad/hibita sunt ei (coꝛpus mite). i. suaue (p̄foꝛat cū clauis ⁊ lācea) ⁊ inde (san/guis ⁊ vnda). i. aqua (p̄fluit). i. exiuit de coꝛpe eius (q̄ flumine). i. q̄ san/guinis ⁊ aq̄ effusiōe (terra). i. hūiles (pont⁹). i. fluctuātes vitio (astra) id ē iusti (⁊ mūd⁹). i. mūdani (lauant). i. purgant. Per aquā debem⁹ itelligere bap̄tismū. p̄ sanguinē chr̄isma Et dicūt q̄dā q̄ āgeli boni purgati sunt de late quā habuerūt de illis q̄ ceciderūt vt lucifer ⁊ sui ꝓplices. ⁊ iō dꝛ astra

C Rux fidelis inter omnes aboꝛ vna nobilis. nulla ſylua

talem profer fronde flore germine. dulce lignum dulces clauos. dul ce pondus sustinet.

Hic autor subiūgit adoratōem crucis postq̄ de ei⁹ passione dixit. Et cantat in die parasceues dicēs O (fidelis crux vna). i. sola (nobil arbor. inter oēs) s^c arbores. q̄ (nulla sylua pfert talē) s^c arbore (frōde). i. pte⁹ ctione (flore). i. decore (germine). i. radice. vl (flore). i. xp̄o q̄ vocat⁹ ē flos a pheti⁹. q̄ sicut flos p̄cedit sine feditate vl aliq̄ putredine ita xp̄s ex vte ro v̄ginis marie p̄cessit sine aliq̄ pct̄o (dulce lignū) s^c crucis (sustinet dul ces clauos (christi (z dulce pondus). i. christum

Flecte ramos arbor alta tēsa laxa viscera z rigor lentescat ille. quē dedit natiuitas z super membra regis miti tendas stipite.

Et q̄ p̄ciū mūdi pepēdit in te. ideo (arbor alta. flecte). i. declina (ra⁹ mos). i. brachia crucis (z laxa). i. relaxa (viscera) christi (tēsa). i. extēsa i te (z ille rigor). i. duritia (lēescat). i. molleſcat (quē) rigorē (natiuitas). i. na tura dedit tibi (z tēdas mēbra supni regis stipite). i. in cruce (miti). i. hūili

Sola digna tu fuisti ferre seculi precium atq̄ portum prepara re nauta mūdo naufrago. quē sacer cruor perunxit fusus agni corpe

Gloria z honor deo vsq̄quo altissimo z̄c.

(Tu sola fuisti digna) scz (ferre p̄ciū seculi). i. sustinere illū q̄ fuit ap̄ci atus triginta argēteis (atq̄ p̄parare portū) q̄si nauta (mūdo naufrago) piclitato. i. oib⁹ piclitantib⁹ (quē) mūdū (sacer cruor). i. sanct⁹ sanguis (fu sus). i. effusus (de corpe agni). i. xp̄i (punxit). i. mūdauit.

Chorus noue hierusalem noua meli dulcedinem promat co⁷ lens cum sobrijs paschale festum gaudijs

¶ Petrū ē iambicū. Autor ē Ambros⁹ z̄c. Materia huj⁹ hymni ē in⁹ uitare ad laudē festi paschal cū militauerim⁹ ptra diabolū. dr q̄ chor⁹ no ue z̄c. Notādū ē. q̄ p̄mo vocabat ciuitas illa Jeb⁹. sēdo Jebusalē. tercio Salem. q̄rto Hierusalē p quā scat multiplex hois stat⁹. Jeb⁹ cū interp̄tat ptulcamen. z h̄ē q̄n aliq̄s in adolescētia intonsus efficit. Jebusalē interp̄ tat pax ptulcatōis. z h̄ē q̄n aliq̄s habitat. z delectat in p̄dictis. Salem in terp̄tat pax. z hoc est q̄n aliq̄s reuersus ē a vicijs. Hierusalē cū interp̄tat visio pacis. z hoc est quando aliq̄s fruitur celesti gaudio. Vñ hoc nomē hierusalē quatuor modis accipit. Quo ad ām hierusalē est illa ciuitas palestine. anagogice hierusalē interp̄tat eccl̄ia triūphans. s. chorus celest⁹ patrie. In hoc loco accipitur sic chorus noue hierusalem). i. noue aie. scz cuiuslibet hois bene innouati. z purgati a vicijs (promat) id est canter.

Expositio hymnorū

(nouā dulcedinē meli).i. dulce melos. Melū dr a mel. qz sicut mel fit ex diuersis generib⁹ rer⁹.ita z melū est.qđ fit ex diuersis notulis nouū. Vñ cantate dño canticū nouū ⁊c.qz sicut mel fit fit ex diuersis generib⁹ rerum ita z melū est qđ fit ex diuersis notulis nouū.vñ dr. Cantate dño canticū nouū. Mel em̄ dr a miscēdo.vñ phitek in lege q̄ nemo in sacrificio poneret mel.ꝫ sp̄ sal. Mel em̄ fit ex diuersis generib⁹ rer⁹.hō em̄ nō dz eē diuersus.ꝫ vniformis in bono. Vñ.vinū z sicerā nō bibet. z sumit ibi vinum in mala ꝓcatōe.qz vinū in se ē bonū.ꝫ abutentib⁹ vino nociuū ē tā in corpore q̄ in aia Sycera fit ex diuersis generib⁹ rer⁹ q̄ sit mixta vnū corrūpit aliud, vt de cereuisia.aut granū corrūpit aquā.aut aqua granū. Ille ḡ bibit sicerā q̄ facit aliq̄d qđ videt eē de gñe bonor⁹ cū nō sit. ḡ sobrie iuste z pie viuamus in hoc seculo iuste quo ad proximū.pie quo ad deum.sobrie aūt quo ad nosmetipsos.

Quo christus inuictus leo draconе surgens obruto dum voce

viua ꝑsonet a morte functos excitat

Cōstrue(Quo)scz festo paschali(xp̄s inuict⁹ leo)vt narrat phisiologus. Sicut leo rugitu suo resuscitat catulū post triduū. ita pater in diuinis filiū suū.q̄ repictus ē leo(surgens) .i.resurgens(draconе) .i.diabolo (obruto).i.lapso(dū viua voce ꝑsonet)vt genimina viperar⁹ q̄s docuit vos fugere a futura ira. Vel generali ꝓt legi de angel⁹ q̄ viua voce resuscitabūt mortuos ad iudiciū.z sic excitat(functos).i.defunctos (a morte).i.a pctō mortali ſm p̄mā lectorā.vl̄a(morte).i. quā ois hō habebit.

Quam deuorarat improbus predam refudit tartarus captiua

ta te libera iesum sequuntur agmina

Cōstrue. Ip̄e scz de⁹(refudit).i.retrofudit(p̄dā).i.rapinā(quā tartarus).i.infern⁹(improb⁹).i.insatiabil⁹(deuorarat).i.deglutiuerat(captiua ta agmina).i.detēte aie scrō⁹(libera).i.liberata(sequunt̄ te).s.iesuꝫ xp̄m

Ipsum canendo supplices regem precemur milites.vt in suo clarissimo nos ordinet palacio

Cōstrue. Nos(supplices milites).i.hūiles(p̄cemur ip̄m regē).i.rogemus xp̄m(vt ordinet nos).i.disponat nos (in suo clarissimo palacio).i. in celo iter scrōs.vñ in euāge.dr In domo p̄ris mei mānsiones mlte sunt ⁊c.

Per secla mente nescia patri supremo gloria.honorq̄ sit filio .et

spiritui paraclito Amen

¶ Construe(gloria sit patri supremo)id est excelso(per secla)id est per secula.ibi ponitur per syncopam(gloria)dico(nescia mente)id est incomprehensibilis mente humana. quia deus incomprehensibilis est(et ho-

nor sit ei) secz patri in diuinis (cuz filio).i.iesu christo (z spiritu paraclito) id est spiritusancto Amen

Ex eterne domine rerum creator omnium qui es z ante se

cula semper cum patre filius.

¶ Oēs isti hymni hñt vnā materiā z vnā intentōez.qz tractāt de passīo ne xpi z de ei⁹ resurrectōe. Ostēdit em̄ h̄ q sicut xp̄s mortu⁹ ē ꝓpter delic ta nr̄a.sic etiā resurrexit ꝓpter iustificatōnem nostrā.z ꝓtulit nob verum pascha.i.trāsitū de terra ad celū.de inferno ad paradysum. Jtē rogat vt sua resurrectio sit nr̄a redēptio vt in paschali tpe vl' gaudio.i. in die iudic cij defendar'nos a piculo mortz.i.a dānatōe. Vel materia hui⁹ hymni est vt deū deprecemur q sic ipe creauit Adā z accepit ei⁹ corpis formā vt nos redimeret a potestate diaboli z iungeret nos deo patri.ita liberet nos ab oīm delicto in h̄ paschali gaudio Et ōr sic.O dñe(eterne rex).i.sempiter ne rex(creator).i.factor(oīm rex.z q sp es filius cū patre ante secula)id ē ante mundi constitutōnem

Qui mundi in primordio adam plasmasti hominē. cui tue ima

gini vultum dedisti similem

Cōstrue(Qui)s⁹ deus(plasmasti).i.formasti(adā hoiem in p̄mor dio).i.in p̄ncipio mūdi(cui)scz ade(o edisti vultū silem tue imagini)scz mentē silem q rōnem vultus tui

Quem diabolus deceperat hostis humani generis. cuius tu for

mam corporis assumere dignatus es.

Cōstr.(Quē).s.adā(diabol⁹ hostz).i.īsidiator(hūani gn̄is).i.hois.qz nos in adā deceperat(cui⁹ formā corpis).s.ade(tu).s.fili⁹ dei(dignat⁹ es assumere).i.vt nos redimeres dignat⁹ es assumere corpus humanū.

Ut hominē redimeres quem ante iam plasmaueras. z nos de

coniungeres per carnis contubernium.

Cōst. Dico q dignat⁹ es accipe formā serui tui ad h̄ (vt redimeres).i.li berares(hoiem.quē).s.hoiez(iā añ plasmaueras).i.creaueras (vt nos) .s.redimēdo(ꝓiūgeres deo).s.p̄ri(p ꝓtubernīū).i.pximonēvl' p habitacu lū vl' p ꝓiūctōez(carnis).i.hūanitatz.qz sic nos liberauit a morte ꝑpetua

Quem editum ex virgine pauescit omnis anima. per quē et nos

resurgere deuota mente credimus

Cōstrue(Quē editū).i.natū(ex v̄gine).s.maria(oīs aīa).i.oīs spūs rōnalis(pauescit).i.mirat(p quē credim⁹ resurgere nos)scz dū veneris iudicare viuos z mortuos(deuota mēte).i.bona opatōne

Qui nobis per baptismum donasti indulgentiam.qui tene/

bamur vinculis ligati conscientie.

Cōstrue. O tu xpe (q̄ donasti nob) scz oīb⁹ pie credētib⁹ (indulgētiā) id est remissionē scz originalꝭ pcti (p baptismū q̄ tenebamur ligati vinculꝭ ꝓscientie) scz p peccatum

Qui crucem propter hominem suscipere dignatus es. dedisti tuum sanguinem nostre salutis precium.

Construe (Qui) supple xps (dignatus es suscipere crucē) .i. passionez crucis (ꝓpter hoiem dedisti tuū sanguinē in p̄ciū nostre salutis) qz cū sanguine tuo redemisti z emisti nos

Quesumus author omniū in hoc paschali gaudio ab oīni mortis impetu tuum defende populum.

Et qz tot z tanta fecisti o xpe vt nos a morte ꝑpetua liberares. ideo o (author oīm) rex (q̄sumus) .i. rogamus te (in hoc paschali gaudio) .i. in tua resurrectōe (defende) .i. ptege (populū tuū) a pcō redemptū (ab omni mortis impetu) .i. ab oīni periculo.

Uroza lucis rutilat. celum laudib⁹ intonat. mundus exultans iubilat. gemens infernus vlulat

Materia hui⁹ hymni ē laudare deū z extirpare vicia z adherere virtutibus Et nota q̄ ecclia ī̄ auroza dr. qz sicut aurora expellit tenebras. ita ecclesia extirpat vicia z pcā. dr g̃ sic (Auroza lucis rutilat) .i. splēdet. scz q̄n auroza pullulat z incipit diescere (celū) .i. celestis creatura (intonat) .i. resonat (laudib⁹. mūdus exultās) gaudēs (iubilat) .i. gloriaf. qz hoīes credētes in deū cātabāt laudes deo (infern⁹ gemēs) .i. diabol⁹ lugēs (vlulat) id ē plāgit. qz dolet de amissiōe eoꝝ. quos tenebat mortuos. s. adā abrā et alios sanctos quos deus secū traxit ad requiē eternā

Cum rex ille fortissimus mortis cōfractis viribus. pde cōculcans tartara soluit a pena miseros

Dico q̄ celū tūc intonat laudib⁹ (cū) .i. q̄n (rex ille fortissimus) scz dñs iesus xps. sc⁹ fuit (ꝓculcans pde) .i. cum pietate sua (tartara) .i. inferna. (soluit) .i. liberauit (miseros) scz hoīes (a pena) scz diaboli (ꝓfractis viribus mortis) .i. inferni seu diaboli ꝛc.

Ille qui clausus lapide custoditur sub milite triumphans pompa nobili victor surgit de funere.

Vere ille rex ꝓfractꝭ viribus mortis .i. diaboli soluit a pena miseros hoīmines. qz ille q̄ clausus ē lapide) .i. monumēto (custodit) .i. ꝓseruaf (sub milite) .i. sub militib⁹. singlari p plurali p synecdochē (triūphās) .i. vincēs (pompa nobili) .i. victoria. qz tūc aīas ab iferis extraxit. z (victor surgit) id est sursum erigit (de funere) .i. de morte.

Solutis iam gemitibus z inferni doloribus. quia surrexit dominus resplendens clamat angelus

Cōstrue. Christus erat victor (solutis).i.fractis z destructis (iā gemitib⁹ z inferni doloribus).i.angustijs (angel⁹ resplendens).i.valde nitēs (clamat) dicens mulieribus. Ite dicite discipulis eius z petro (qz surrexit dñs) supple a morte temporali

Tristes erant apostoli de nece sui domini quē pena mortis crudeli serui damnarant impij.

Ita dixerūt angeli mulieribus. z (apostoli erāt tristes de nece).i.de morte (sui dñi.quē) supple dñm (serui impij).i.iudei (dānarant).i.damnauerant (crudeli pena mortis) scz crucis.

Sermone blando angelus predixit mulieribus. in galilea dominus videndus est quantotius

Et qz apli erāt tristes de nece sui dñi.iō (angel⁹ p̄ dixit mulieribus (blando p̄mone).i.suaui (dñs videnda⁹ ē in galilea).s.a vob (q̄ntoti⁹).i.subito

Ille dum pergunt concite apostolis hoc dicere. videntes eum viuere osculantur pedes domini

Cōstrue (Ille) s⁹ mulieres (dū) p qñ (pgūt ꝯcite).i.solicite (dicere) id ē manifestare (h̄ aplis. videntes).i.respicientes (eū).s.xp̄m (viuere).i.vitam habere (osculant pedes dñi).i.locū vbi posuerūt eū p̄fidi iudei.

Quo agnito discipuli in galileam ꝓpere pergunt videre faciem desideratam domini.

Cōstrue (q̄ agnito).i.q̄ cognito vel audito.s.q̄ surrexit dñs (discipuli).i.apli (pgunt).i.vitā pagunt (ꝓpere).i.festināter (in galileā videre faciem dñi desideratā).i.ꝯcupitam ab eis

Claro paschali gaudio sol mundo nitet radio cum christū iam apostoli visu cernunt corporeo

Cōst. (sol nitet).i.splēdet (radio suo mūdo).i.puro. in paschali gaudio claro (cū).i.q̄n (apli cernūt).i.vidēt (iā xp̄m visu corporeo).i.oc̄lo corpali

Ostensa sibi vulnera in christi carne fulgida resurrexisse dominū voce fatentur publica

Dicimus q̄ cū̄ quis tunc apparuit discipulis tamen quidam illorū.scz thomas non credidit. vnde dominus ostendit ei vulnera. et ait. noli esse

incredul⁹ ſz infidelis Et nota q̄ q̄ttuor de cauſis cicatrices vulnerꝝ oſtē dit dñs. ſ. vt eēnt ſignū victorie. vt deinceps de reſurrectōne nō dubitarēt vt ꝓfundarent q̄ crediderūt illū ꝓ̄tasticū corp⁹ accepiſſe. z vt cēnt ad pa trē interceſſio. Cōſtrue (O ſtēſa ſibi vulnera) .i. oſtēſis vulneriby (ſibi) id ē aplis (in fulgida carne xpi) apli (fatenť) .i. p̄dicāt (voce publica) id ē manifeſta (dōm reſurrexiſſe) ſupple a morte

Rex chriſte clementiſſime tu corda noſtra poſſide vt tibi laudes

debitas reddamus omni tempore

(Cōſtrue (chriſte) clemētiſſime rex (poſſide) .i. gubrna (corda nr̄a) .i. mētes ſil'cū corporib. vt (reddamus) .i ꝑſoluamus (tibi) .i. ad honorem tuū (oīm tpe debitas laudes)

O cenam agni ꝓuidi et ſtolis albis candidi poſt tranſi/

tum maris rubri chriſto canamus principi

¶ Materia huius hymni ē q̄ nos vocat autor ad cenā agni illi⁹ q̄ tollit pcā mūdi. ſ. ad accipiēdū corp⁹ z ſanguinē dñi de q̄ dictū ē q̄ ſumit corp⁹ xpi indigne. iudiciū ſibi mād ucat z bibit. q̄ ꝓ digne. Habebit vitā eternā nos ꝓ positi ad cenā agni .i. ad accipiēdū corp⁹ z ſanguinē dñi vl' ad vltī mū p̄ceptū xpi. q̄ ſic poſt cenā nullū reſtat prādiū ita poſt nouū teſtamē/ tū nullū reſtat p̄ceptū. Cōſtrue. s^c nos (canam⁹ puidi) .i. prudētes (z cādidi) .i. nitidi (albis ſtol') .i. ꝓtib⁹ (xp̄o) .i. vncto (p̄ncipi ad cenā agꝝ ni) ſcz xpi (poſt trāſitū marꝫ) .i. poſt baptiſmū vl' poſt gloriā reſurrectōis

Cuius corpus ſanctiſſimum in ara crucis torridum cruore eius

roſeo guſtando viuimus deo.

(Cuius) s^c xpi ſctiſſimū corp⁹ (torridū) .i. crematū vl' paſſum (in ara crucis. guſtādo) .i. ſuſcipiendo (cū roſeo cruore viuimus deo.

Protecti paſche veſpere a deuaſtante angelo erepti de duriſſimo

pharaonis imperio

Dico q̄ viuimus deo (ꝓtecti) .i. defenſi vel ſeruati (veſpe paſche) id ē vltima etate (ab angelo deuaſtāte) .i. pcutiēte p̄mogenita egypti (erepti) id eſt liberati (de duriſſimo imperio pharaonis) .i. diaboli.

Jam paſcha noſtrum chriſtus eſt qui immolatus agnus eſt ſyn

ceritatis azyma caro eius oblata eſt.

Cōſtrue (xp̄s ē iā noſtr̄ paſcha) .i. trāſitus de vitijs ad ꝓtutes (q̄) s^c xp̄s (ē agnus) s^c patiens (immolat⁹) ꝓ oib⁹ nob. Vel ſic. q̄ xp̄s immolat⁹ ꝓ nobis ē agnus (ſinceritatis) .i. puritatis (caro ei⁹ oblata) .i. ſacrificata (eſt azyma) .i. ſine fermēto vel ſine amaritudine. Azyma dr̄ ab a q̄ ē ſine et zyma q̄ eſt fermentū vl' amarū. quaſi ſine amaritudine

O vere digna hostia per quā fracta sunt tartara redempta plebs captiuata redit ad vite premia.

(O vere digna hostia) id ē sacra oblatio (per quā) scz hostiā tartara sunt fracta. z per quam (plebs captiuata) id ē anime sanctoꝝ (redempta redit ad premia vite) scz eterne.

Cum surgit christus tumulo victor redit de baratro tyrannū tru dens vinculo z reserans paradisum.

Construe (Cum). i. qñ (christus surgit tumulo). i. de sepulchro (victor redit de baratro). i. de fouea inferni (trudēs). i. claudēs (tyrannū) id est diabolū (vinculo). i. cū potestate sua (z reserās paradisum) fidelibꝫ suis. ideo subdit Quesumus autor oim z ē. vt supra

Terne rex altissime redemptor z fideliū. quo mors soluta deperit. datur triumphus gratie

Construe (O eterne rex altissime z redēptor fideliū. quo). i. p quem (mors soluta deperit) id ē destructa extitit. perijt in q̄ mors eterna quando descēdit ad inferna. quia sancti illuc mō nō descendūt vt ante passionē christi (triumphus). i. victoria gratie dat. iā glorificatis in anima. z corpore z glorificandis in resurrectione

Scandens tribunal dextere patris potestas omnium collata est iesu celitus que non erat humanitus.

Tu es (scādens). i. ascendēs (tribunal) id ē sedē (dextere patris). i. ad eq̄litatē patris (potestas oim) rex (est collata). i. attributa (iesu) scilz xp̄o (celitus). i. diuinitus. possum⁹ em̄ dicere q̄ solus est ad dexterā patris. ce tere ordines sanctoꝝ ad sinistrā respectu claritatis filij (q̄) potestas (non erat) ei collata (humanitus). i. q̄d diu vel qñ erat in mūdo

Ut trina rerum machina celestium terrestrium infernoꝝ condita flectant genua iam subdita

Dico q̄ potestas data diuinitus est christo que non erat humanitus. (Ut trina rerum machina) scz celestiū terrestrium z infernoꝝ ꝑdita) a te (flectant genua iam). i. flectentes genua celestes terreni z infernales sunt (subdita) id ē humiliata (tibi) id ē ad honorē tui

Tremunt videntes angeli versa vice mortalium culpa caro purgat caro. regnat deus dei caro.

(Angeli videntes) humanā formā vel naturā (tremūt). i. miranť. scilz quia videbant humanā naturam ꝑ iesum christū esse ad dexteraz patris collocatā z exaltatam. z hoc (vice versa mortaliū) qz tenebāt z mirabanť Et nota q̄ ante natiuitatē christi angeli ab hominibꝫ se adorari patieban

tur sed non postea. sicut legimus de Joanne q̄ cū vellet angelū adorare inquit angelus ioanni Noli me adorare seruus tuus cū sum. z fratrū tuorū (caro) ade (culpat nos). i. p adam in peccatū cadimus (caro) christi (purgat nos). i. p christū de vicijs surgimus (deus caro dei) id ē de⁹ (regnat) q̄ christus deus z homo

Tu esto nostrum gaudium manens olympo preditū. mundi regis qui fabricam mundana vincens gaudia.

O christe (tu manēs preditū). i. nobis paratū honoratū vel sublimatū (olympo). i. in celo. tu (q̄ regis). i. gubernas (fabricā mūdi vincēs mūdana gaudia) esto nostrū gaudiū. s^c in futuro.

Hinc te precantes quesumus ignosce culpis omnibus. z corda sursum subleua ad te superna gratia

Quasi diceret despexisti gaudia mūdi. z hinc nos p̄cātes (q̄sumus). i. dep̄camur (te ignosce culpis oīb⁹). i. dimitte nobis p̄cā nostra. z (subleua) id ē sursum leua (corda ad te supna gr̄a). i. gr̄a spūssancti

Ut cum rutente ceperis clarere nube iudicis penas repellas debitas reddas coronas p̄rditas

Nos q̄sumus te (vt cū). i. q̄n (nubes iudicis). i. xp̄i ceperit clarere repēte Vel alia littera Ut (cum). i. q̄n (ceperis clarere). i. fulgere (nubes iudicis) id ē xp̄i (rutēte) id ē clarescēte. i. deo ipo aduenīente (a nobis repellas penas debitas) p adā (z reddas) id ē tribuas p gratiā (coronas p̄ditas p culpā. z inuētas z collatas p̄m meritū p gratiā. q̄ nō necessitate. sed voluntate gratis a morte liberauit. z saluauit

Gloria tibi domine qui scandis supra sydera cum patre z sancto spiritu in sempiterna secula Amen.

O dñe iesu xp̄e (gl̄ia). i. laus z honor (sit tibi q̄ scandis). i. ascēdis (supra sydera). i. celos (cū patre z sctō spū in sempiterna secula Amen)

Esu nostra redemptio amor z desiderium deus creator omnium homo in fine temporum.

¶ Iste hymn⁹ ferialib⁹ diebus ad cōpletoriū post pascha decātat. Et ōr autor (O iesu nr̄a redēptio) tu dico (amor z desiderū nostrū). i. amor desiderabil⁹ (de⁹ creator oīm) q̄ es fact⁹ (hō in fine tp̄m) id ē in vltima etate

Que te vicit clementia vt ferres nostra crimina crudelem morte patiens vt nos a morte tolleres

Cōstrue (Que). i. quāta (clemētia). i. pietas (vicit). i. cōpulit (te) s^c ie sum (vt ferres). i. portares vel deleres (nr̄a crimina). i. p̄cā tū p̄ (patiens

crudelem mortem)crucis pro peccatis nostris (vt tolleres)id est liberas/ res(nos a morte)id est diabolo

Inferni claustra penetrans tuos captiuos redimens victor triū/ pho nobili ad dexteram patris residens.

Cōstrue(Tu penetrās)id ē frangēs (claustra inferni redimēs)s^e sanguine(captiuos)q̄ tenebant iuste in iferno(residēs victor nobili triūpho) id ē excellēti ac mirabili victoria ad dexterā patris .supple in diuinis

Ipsa te cogat pietas vt mala nostra superes parcendo z voti cō potes nos tuo vultu facies.

(Ipa pietas)q̄ coegit tevt subires mortē crucis(cogat).i.vincat te(vt superes nr̄a mala).i.dimittas nobis debita nr̄a(parcēdo).i.miserādo (et facies nos cōpotes)nostri(voti).i.desiderij (tuo vultu)id ē tua p̄sentia.

Tu esto nostrum gaudium.qui es futurus premiū .sit nostra in te gloria per cuncta semper secula.Amen

Et(tu q̄ es futurus nostrū p̄miū esto nostrū gaudiū)scilz in p̄nti z in futuro et(nr̄a glia).i.laus(sit in te sp).i.in oīmi tpe(p cūcta secula) Amē

Eni creator spiritus mētes tuor̄ visita .imple superna gratia.que tu creasti pectora.

¶Materia huius hymni ē q̄ spiritussanct⁹ quē pater z filius p̄miserat qñ dixit Joheł.ij. Effundā de spū meo sup oēm carnē Filius p̄milit qñ dixit Si assumpt⁹ fuero in celū mittā vob paraclitū. z aplis orātib⁹ in hora tercia mūdus tonuit. z subito venit spūssanct⁹. z aplī inflāmati spūsancto diuersis loq̄bant linguis magnalia dei Intētio ē rogare deū vt purget pectora nr̄a supno splēdore. z illuminet gr̄a spūssti. z expellat a nobis visibiles z inuisibiles hostes. vt habeam⁹ vitā p̄manētē cū ipo Et h̄ ē qđ ōt. O (spūs) s^e dei(creator veni visita mētes tuor̄).s. fideliū(iple pectora)id ē corda(q̄) s^e pectora(tu creasti).i.ex nihilo fecisti(supna gr̄a).s.spūssti

Qui paraclitus diceris donum dei altissimi.fons viuus ignis charitas z spiritalis vnctio

(Qui diceris).i.appellaris (paraditus).i.p̄solator(donum dei altissimi)z diceris (fons viuus)de q̄ nō cōicat alien⁹.vel fons aque saliētis in terrā. z diceris (ignis)qr corda hoīm ad dilectōem dei z p̄mi accēdis z vitia arcꝫ petā p̄sumis. z diceris (charitas)qr facis diligere deū z p̄ximū. z diceris (spiritalis vnctio)qr de spūali vnctione.i.de spūssctō. vngis corda hoīm. vt humilienť in susceptōe sancti baptismatis

Tu septiformis munere dextere dei tu digitus.tu rite promisso patris sermone ditans guttura.

Expositio hymnorū

(Tu septiformis munere).i.ꝓpter septiformē gratiā Septem eīm sunt dona spiritussancti,scz spūs sapiētie z intellectus. spūs ꝯsilij z fortitudinis.spūs sciētie pietatis z timoris(tu)s^e diceris(digit^o)id ē potētia(dextere dei)qz sicut nodi digitoꝝ sunt varij.ita varia sunt dona spūssancti z(tu s^e diceris(ditans).i.implens(rite).i.recte(guttura).i.pectora,(sermone ꝓmisso patris)qz pater ꝓmisit spiritūsanctū Joh̄el.ij. Effundam de spiritu meo sup̄ omnem carnem

Accende lumen sensibus.infunde amorem cordibus.infirma nostri corporis.virtute firmans perpetim.

Et tu q̄ diceris paraclit^o zc̄.(accende lumē)id ē intellectū (sensib⁹)id est mētib⁹ nostris (infunde cordib⁹ nostris amorē)id ē dilectōem dei z ꝓximi(firmās).i.roborans(perpetim).i.penniter(infirma).i.debilia(nostri corporis ꝑrute).i.cū ꝑrute.ne in malū ruamur.

Hostem repellas longius.pacemq̄ dones protinus.ductore sic te preuio.vitemus omne noxium.

(Repellas)id ē remoueas(procul)id ē longius(hostem)scz diabolū (q̄)pz(dones protinus)id ē cito pacē(vitemus sic omne noxiū)id ē peccatū(te preuio)id ē precedēte(ductore)

Per te sciamus da patrem.noscamus atq̄ filiū te vtriusq̄ spiritum credamus omni tempore.

O sancte spiritus(da)id est cōcede(sciamus patrē.p̄te)s^e spiritūsanctum(atq̄ noscamus filiū)et(credamus te vtriusq̄ spiritū)s^e ꝓcedentē a patre z filio(omni tpe)Amen

Am christus astra ascēderat.regressus vnde venerat ꝓmissa patris munera sanctū daturus spiritum

¶ Materia hui^o hymni est eadē q̄ z in p̄missō.spūs.i.ꝑsolator vel aduocatus ōr.qz ꝑsolat nos cū sum^o in pcīs trahēdo nos ad celestē patriā Jtē spūssctūs cū splēdore feruēti apparuit discipulis suis.qz sermo ignens futurus erat.ideo in ignea lingua eis apparuit.qz fecit eos ardētes in dilectōe dei z ꝓximi.z perito sermone affluētes. Et h̄ ē qđ ōt(x̄ps ascendebat ia)ꝑm humanitatē(astra).i.celos(regressus).i.reuersus.vñ venerat datur^o.aplīs(munera).i.dona ꝓmissa patris .i.spiritūsanctū.

Solennis vrgebat dies.quo mystico septēplici orbis volutus septies signat ̄ata tempora

(Solennis dies).i.festiualis dies(vrgebat).i.imminebat(q̄)s^e die (mystico).i.figurato(septēplici).i.ꝑ figurā septemplicē(orbis)id ē septimana(volut^o septies).i.ꝑ q̄draginta z nouē dies(signat brā tpa)scz futura.i.eternā requiē. Hā septies septē sunt q̄draginta z nouē.z vno addito.

sunt ḡnquaginta Per septē intelligimus tpalia .i. corpalia. p que septē to/
tū tēpus vite nostre voluit. in q̄ debemus litterari a pctis. vt pueniam⁹ ad
illā brītudinē q̄ intelligit p vnū z q̄draginta dies in q̄b⁹ ieiunare debem⁹.
vt puenire possimus ad diē sabbati. i. ad requiem

Dum hora cunctis tercia repente mundus intonat orātib⁹ apo
stolis deum venisse nunciat.

Et q; rp̄s ascēderat (dū hora tercia) videbāt eē (cūctis). i. oīb⁹ (aplis
mūdus intonat repēte). i. subito (z ille sonus) vel mūdus (nūciat deum
venisse orātib⁹ aplis). i. simul in vnū locū ꝓgregatis. z orātib⁹ z expectan
tib⁹ pmissionē dñi sui. s. xp̄i. cū ipe de illa pmissione eis añ ascēsionē loqui
tur fuisset dicēs Vado z venio ad vos. z mittā vobis paraclitū. i. ꝓsola
torē. q̄ docebit vos oēm veritatē Et ita facti pfectiores in oīm scia erāt q;
diuersa gña linguaꝝ loq̄bant. z p̄dicabāt magnalia dei

De patris ergo lumine decorus ignis almus est. qui fida christi
pectora calore verbi compleat.

Et quādoq̄dē pater misit spiritū (ergo. decorus) id ē pulcer (ignis)
id est spiritus (est almus de lumine patris. qui) supple spūs (cōpleat) id ē
repleat (pectora) scz apostoloꝝ vel hoim (fida) id ē fidelia (christi. calore)
id est ardore spūssancti (verbi) id ē filij

Impleta gaudent viscera. afflato sanctospiritu. voces diuersas
intonant. fantur dei magnalia.

(Viscera) s^c apostoloꝝ (impleta). i. satiata (gaudēt) quia fecit eos lo
quētes z etiā ardētes in amore (spūscō afflato). i. aspirato (intonāt diuer
sas voces). i. gñatōes omniū linguaꝝ. z fatent. vel (fantur). i. loquuntur
(magnalia dei) id ē mirabilia dei. i. p̄dicāt nomē dei oiportētis.

Ex omni gente cogniti grecis latinis barbaris cūctisq; admirā
tibus. linguis loquuntur omnibus

Supple apostoli sunt (cogniti ex oīm gēte). i. ex oīb⁹ gētib⁹. s. a (grecis
latinis barbaris. q̄) p et (cūctis) supple gentib⁹ (admirātib⁹ loquūtur lin
guis oīb⁹) q̄ sunt quadraginta z decem.

Judea tunc incredula vesano torno spiritu ructare musti crapu
lam. alumnos christi concrepat.

Ita apostoli loquebātur q̄ oēs admirabant z credebāt deū in eis esse
Sed (iudea). i. plebs iudeoꝝ (incredula) id ē infidelis (vesana) id ē insa/
na (torno spiritu) id ē supbo animo (cōcrepat tūc) id ē arguit vel simul so
nat (alūnos) id ē discipulos (christi ructare). i. emittere (crapulam). i. ab
undantiā (musti). i. loqui ex repletione vini

Expositio hymnorū.

Sed signis et virtutibus occurrit z docet petrus. falsos proba

uit perfidos iohelis testimonio.

Estimabāt iudei q̄ nimio potu musti. ip ebrietatē apostoli taliter loq̄ba nt (s; petrus occurrit signis). i. miraculis (z ꝑtutibus z docet). i. ifor mat populū (ꝓbauit ꝑfidos) s̄c iudeos (falsos) s̄cē in sermone (testimonio iohelis) s̄c ꝙphete Probat em̄ Johel testimonio sic. Effundā de spū meo sup oē n carnē. z ꝙphetabūt filij vestri z filie vestre.

Sit laus patri cum filio. sancto simul paraclito nobisq̄ mittat

filius charisma sanctispiritus Amen.

(Laus sit patri cū filio simul scō paraclito). i. spūsctō (q̄) ꝑ z (filius mittat nobis) oib⁹ fidel. b⁹ (charisma). i. donū (sctispūs)

Eata nobis gaudia anni reduxit orbita. cum spiritus para

clit⁹ effulsit in discipulos.

¶ Materia hui⁹ hymni est ostēdere q̄ ac quāta apīs euenerūt gaudia ac dona spūsscti emissione quē pater z fili⁹ ꝓmiserūt Johel di. Effundā de spiritu meo sup oē n carnē. z ꝙphetabūt filij vestri z filie vestre. z filius dixit Si assumptus fuero a vobis in celū. mittā vobis paraclitū. z apīs orātib⁹ mūdus intonat. z venit spūsscrūs in specie ignis. q̄ apīi inflāmati loq̄bant magnalia dei variis linguis Cōstrue (orbita) id ē revolutio siue circulus anni (reduxit nobis) ꝛrata gaudia. cū spirit⁹ paraclit⁹ effulsit) id ē resplēduit (in discipulos) supple christi

Ignis vibrante lumine lingue figuram retulit. verbis vt essent

proflui z charitate feruidi

Hic autor dr q̄ spūsscrūs cū splēdore feruēti apparuit discipul. z ideo in lingua z igne apparuit. qz fecit eos ardētes in dilectōne dei z ꝓximi. z pariter sermone affluētes. qđ dr hic (Ignis). i. spūsscrūs (detulit). i. porrauit (figurā lingue lumine vibrāte). i. micāte vel fugēte (vt essent) supple apīi vel xp̄i discipuli (proflui). i. abūdātes (verbis). i. sermonib⁹. qz dr domi nus Ego dabo vobis os z sapiētiā cui nō poterūt resistere oēs rr. z vt essent (feruidi) id ē calidi. charitate

Linguis loquuntur omnium. turbe pauent gentiliū. musto ma

rere reputant. quos spiritus repleuerat.

Isti apostoli (loquunt linguis oim) supple hoim z ideo (turbe gētilium pauēt) id ē timēt vel miranr z turbe ille (reputāt). i. valde putant vel assignāt (madere) id ē abundare (musto) id ē vino. supple illos (quos spūs repleuerat) supple suo splendore.

Patrata ſunt hec myſtica paſche peracto tempore ſacro dierum numero quo lege fit remiſſio

¶ Hic cām aſſignat q̄re ſpūſſctūs venerat poſt die q̄dragesimū. Cū em̄ filij iſrael. xlix. annis p̄ deſertū errāſſent. in quinq̄geſimo anno iuxta mon̄tem ſinai cū fulgore z tonitruo legē acceperūt. Jtē in lege moiſi filij iſrael emebāt ſeruos z ancillas z agros z poſſidebāt. xl. et. ix. annis. in quinq̄geſimo em̄ anno oēs liberabant. Jn̄ d̄z ann⁹ iubileus. i. remiſſiōis. z fcat oc tauā die reſurrectōis. in q̄ oēs liberati erāt de ſeruitute diaboli Cōſtrue (hec myſtica). i. figuratiua (ſunt patrata). i. ꝑplera (pacto). i. ꝑplero (tpe paſche ſacro nūero diex). i. q̄nq̄genario (q̄) nūero fit remiſſio in lege moiſi

Te nunc ꝓcus pīſſime vultu precamur cernuo. illapſa nobis ce litus largire dona ſpiritus.

Cōſtrue ℣ (pīſſime de⁹ p̄camur te nūc). i. in p̄ſenti (cernuo vultu). i. hūili (largire dona ſpūs) s^c ſancti (illa ipa nob celit⁹). i. diuinit⁹ infuſa.

Q queant laxis reſonare fibris mira geſtor̄ famuli tuor̄ū ſolue polluti labij reatum ſancte Joannes

¶ Hymn⁹ iſte vitā z mores habitū z ꝓuerſatōez ſcti ioānis baptiſte deſcribit ozans z ꝓſuadēs. vt ei⁹ ꝓſuetudinē imitemur. z vt tandē ad ei⁹ beatitudinē q̄uenire mereamur Cōſtrue ℣ (ſcte ioānes) s^c baptiſta (ſolue). i. relaxa (reatū). i. culpā vel maculā (labij). i. oris (polluti). i. inq̄nati (vt famuli tui q̄ueant). i. poſſint (reſonare mira). i. miracula (geſtor̄ tuorum). i. factor̄ (fibris). i. venis tecoris vel venis interioribꝫ (laxis). i. reſolutis vel apoſtolicis vocibꝫ exoratis

Nuncius celſo veniens olympo te patri magnum fore naſcitu-rum nomen z vite ſeriem gerende ordine promit

Cōſtrue (Nūcius veniēs celſo). i. de ſummo (olympo). i. celo. ſ. angelus gabriel veniens olympo (pmit). i. nūciat (patri) s^c tuo. ſ. zacharie (te fore naſcituꝝ magnū) z (nomē) s^c ruū ſilr pmit. q̄z dixit ioānes vocet (z ſeriem) id eſt ordinē (vite gerende) dicens. Vinū z ſiceram nō bibet (ordine) id eſt ꝑm ordinē quem geſſit

Jlle promiſſi dubius ſuperni perdidit prompte modulos loq̄le ſed reformatꝰ genitus perempte organa vocis

Cōſtrue (Jlle) ſcz zacharias (dubius) id eſt incredulus (ꝓmiſſi ſuperni) id eſt celeſtis ꝓmiſſionis (perdidit prompte). i. apte (modulos loquele). i. modū loquutōis Ambroſius d̄r q̄ zacharias vocē amiſerat in ꝓlonantibus. quia eas formare non poterat. ſed tu ioannes (genitus) id eſt

natus (reformasti organo). i. instrumēta (vocis pempte). i. extincte vocis

Uentris abstruso positus cubili. senseras regem thalamo manen

tem. hinc parens nati meritis vterq; abdita pandit

¶ Cōstrue Et tu (posit⁹). i. repositus (cubili). i. vētre mris tue (abstru/so). i. clauso (senseras regē). i. xpm (manentē). i. iacentē (thalamo). i. in vē tre marie (hinc). i. ppt̄ h̄ q tu nouisti xpm. o ioānes (parens vterq;). s. za/charias z helizabeth (pādit). i. dt (abdita). i. abscōdita (meritis nati). s. io annis. Pater em̄ dixit. Bn̄dict⁹ dn̄s de⁹ israel. z h̄ nō fuis meritis. s; filij scz ioānis. Mater āt dixit. Vñ euenit mihi q mater dn̄i mei venit ad me.

Antra deserti teneris sub annis ciuium turmas fugiens petisti.

ne leui saltem maculare vitam famine posses

Cōstrue O sctē ioānes tu (fugiēs turmas). i. turbas (ciuiū petisti). i. q̄siuisti (antra). i. obscurā spelūcā (deserti). i. loci desolati (sub teneris an/nis). i. in etate duodecim annor (ne posses maculare). i. inq̄nare (vitā fa/mine). i. ꝓbo otioso. otiū ꝓbū ē qđ aut vtilitate rectitudinis, aut iuste ra/tione necessitatis caret. famine dico (saltē leui). i. sine bono fructu.

Prebuit hirtum tegimen camelus artub⁹ sacris. stropheū biden

tes cui latex haustum sociata pastum mella locustis

Cōstrue (Camelus pbuit hirtū tegimē). i. asper vl hirsutū vestimen/tū (sacris artub⁹). i. sacris mēbris (bidētes). i. oues. supple pbuerūt (stro pheū). i. cingulū (cui). s. ioāni (latex). i. aqua q̄ latet in venis pbuit (hau/stum) z cui (mella sociata locustis). i. volatilib⁹ (pbuerūt pastū). i. victuz. locusta dr eo q sit pedib⁹ longa vt hasta.

Ceteri tantū cecinere vatum corde presago iubar affututum. tu

quidem mundi scelus auferentem indice prodis.

Cōstrue (Ceteri vatū). i. alij ꝓphete (cecinere). i. ꝓphetarūt (tantū). i. tantūmō (corde psago). i. puido (iubar eē affutuꝝ). i. vēturꝝ (q̄dē). i. cer/te (tu pdis). i. ostēdis. s. xpm (auferentē scelus mūdi). i. pctm̄ (indice). i. cū digito. dicens Ecce agnus dei q̄ tollis peccata mundi.

Non fuit vasti spacium per orbis sanctior quisq; genitus Joan

ne. qui nephas sedi meruit lauantem tingere lymphis

(Quisq;) s. hō (genit⁹). i. natus (nō fuit sanctior ioāne p spaciū vasti orbis). i. ampli mūdi. vñ veritas ait Inter natos mulier⁹ nō. Quidā oppo nunt de xpo. s; nō valet. qr de ꝓgine natus ē (qui) supple ioānes (meruit tingere). i. baptizare (lymphis). i. aquis iordanis (lauantē) scz xpm pur/gantē (nephas) id est pctm̄ (sedi) id est seculi. z est ibi syncopa

Per totū annū ffo. xxxv

O nimis felix meritiq; celsi nesciens labem nivei pudoris. prepotens martyr eremiq; cultor maxime vatum

Et qm̄ meruisti xp̄m tingere limphis (q;) p et (o nimis felix celsi) .i. excelsi meriti (nesciēs) .i. ignorās (labē) .i. sordē (nivei pudoris) .i. pulchre castitatis (martyr) .i. testis (p̄potens) .i. pre alijs potēs dixisti. Ecce agnus dei ꝛc. vel (martyr) .i. decollat⁹ (q;) p et (cultor) .i. habitator (eremi) .i. loci solitarij. tu dico (maxime vatū) qr ꝓpheta ꝛ plus q̄ ꝓpheta.

Serta ter denis alios corōnāt aucta cremētis. duplicata quosdam trina centeno cumulata fructu te sacer ornant

¶ Tres fructus hic notant. s. tricesimus. sexagesim⁹. ꝛ cētesimus in q̄b⁹ ꝓtinent oim hoim ordines siue status. s. ꝓtinētes ꝓiugati ꝛ ꝑgines. q̄ designant p tres viros. s. p Noe. p Danielē. p Job. Per Noe designant cōiugati. p Job ꝓtinētes. p Danielē ꝑgines designant. Vñ legit in euangelio. Alij sunt in lecto. alij in villa. alij in agro. hoc tractatū est in euāgelio vbi dr de semine iacto. Aliud sexagesimū. aliud tricesimū. aliud centesimū fructum attulit. ideo dr hic in littera. Serta terdenis alios corōnant.

Cōstrue (Serta) .i. iocone (aucta) .i. augmētata (terdenis cremētis) .i. triginta fructib⁹ (corōnāt alios) .s. ꝓiugatos. q̄ hñt secū fidē sctē trinitatis scz patris ꝛ filij ꝛ spūssc̄ti. ꝛ adherēt etiā decē p̄ceptis legis diuine. ꝛ illa serta (trina) .i. terdena (duplicata) .s. i sexagesimū fructū. ꝛ corōnant (q̄sdā) scz ꝓtinētes (q̄ vixerūt in charitate dei ꝛ ꝓximi. ꝛ q̄ hñt sex opa misericordie ꝛ castitatis vl̄ charitatis. scz pascere ieiunos. vestire nudos. potare sitiētes ꝛc. et o (sacer) s⁹ ioānes. q̄ es ꝑgo. ꝛ illa serta (cumulata) .i. āpliata (cēteno fructu) .i. cētesimo (ornāt) .i. decorāt (te) s⁹ ioannē. qr fructus cētesimus ꝑginib⁹ debet. ¶ Et vt breui⁹ exponam⁹. A tricesimo fructu vl̄ ordine ꝓiugati a sexagesimo ꝓtinētes. a cētesimo ꝑgines post dissolutiōnem corpis ꝛ aīe corōnant in eterna btitudine. Et nota q; tricesim⁹ nūerus surgit a ternario ꝛ denario. qr ꝓiugati hñt fidē sctē trinitatis. ꝛ adherent decē p̄ceptis legis. Sexagesim⁹ nūerus a senario ꝛ denario surgit. qr ꝓtinentes hñt sex opa misericordie ꝛ charitatis. scz pascere ieiunos ꝛc. Virgines in cētesimo ordine ponunt ꝛ fcāt pfectiōem. qr cētenarius nūerus surgit a trino tricesimo ꝛ denario. i. decē supaddito. ꝛ ita sunt centū. Per centū nūerus pfectus intelligit. ꝛ in h̄ ordine fuit btūs ioānes. Nō absurde immo apte p̄m loquelā digitor⁹. p tricesimū numer⁹ ꝓiugator⁹ ꝛ p sexagesimū ꝓtinentiū ꝛ p centesimū ꝑginū merces accipit. Periti em ꝑma ꝓputatiōe articulor⁹ (quē appellāt loquelā digitor⁹) dicūt qm̄ in sinistra manu p quā vita tpalis intelligit. vscz in nonaginta nouē solebāt ꝓputare. Centum āt ꝛ deinde in dextra pte p quā celestis vita designat. Vñ de q̄dam centenario habem⁹ in q̄dā libro sic. Ja dextera ꝓputat annos. In h̄ loco auct⁹ facit numer⁹ suū p q̄nq; digitos manus. s. p pollicem. p indicē. per medium ꝛ auriculare. Auricularis in palma posit⁹ fcat vnitatē. Medic⁹ cū ipo posit⁹ duo fcat. Medius cū ipis posit⁹. sūm medio. tria fcat. Deinde

denihil. Auricularis erectus medico ꝛ medio iacẽtibꝫ q̃ttuoꝛ ꝑcat. Medicus cũ illo erectus medio iacẽte in palma q̃nq; designat. Medicus cũ illis erectus sex ꝑcat. Itẽ auricularis in palma extẽsus septẽ ꝑcat. Medicus eodẽ mõ positus nouẽ ꝑcat. Index q̃ vsq; huc nil fecit ꝑdicto mõ positus decẽ ꝑcat Amplexus pollici adiunct⁹. xxx. ꝑcat. ꝓ quẽ numeꝝ satis cõgrue accipit merces ꝓiugatoꝝ ꝓpter illoꝝ mollẽ amplexũ. ꝛ vite dilectõis et ꝓcordiã. Pollex siq̃dẽ cũ indice firmiter astrictus sexaginta ꝑcat. Per quẽ numeꝝ satis ꝓpetẽter accipit merces ꝓtinentiũ. graue em̃ ẽ ab ãplexu et voluptuosa delectatõe ꝛ ꝓsuetudine abstinere. vñ scriptũ Nil ꝓsuetudine malus. In dextera dꝛ centũ. ꝓ numeꝝ q̃ fit in dextera ꝑte vita celestꝫ intelligit. ꝑ quẽ nõ imerito accipit merces ꝑginũ. qꝛ in hac vita mũdaꝫ et immaculatã vitã celestẽ ꝛ angelicã inꝯtũ possunt ducunt.

Nunc potens nostri meritis opimis pectoris duros lapides repelle. aspeꝝ planans iter. ꝛ reflexos dirige calles.

Cõstrue. Et qꝛ tu es (potẽs) s^c apud deũ (repelle nũc)ꝫ. i. remoue (duros lapides). i. incredulitates (nr̃i pectoris). i. cordis (meritꝫ opimis). i. abundãtibꝫ fertilibꝫ ꝛ magnis ꝛ fecũdis (planãs iter aspeꝝ). i. petrosum. (et dirige calles reflexos). i. curuos in pctis.

Ut pius mundi satoꝛ ꝛ redemptoꝛ mentibꝫ pulsa liuione puris rite dignetur veniens sacratos ponere gressus

(Ut pi⁹ satoꝛ). i. creatoꝛ (mũdi. ꝛ redẽptoꝛ). i. saluatoꝛ (veniẽs dignẽ rite). i. sine offensione (ponere). i. statuere (puris mẽtibꝫ). i. mundis a peccatis (gressus sacros). i. sancta itinera (pulsa liuione). i. liuoꝛe vel abiecta venenosa sorde vicioꝝ.

Laudibꝫ ciues celebrant supernι te deus simplex pariterq; trine. supplices ꝛ nos veniam precamur parce redemptis

O (de⁹ simplex). s. suba carẽs ptibꝫ (q̃ꝑ ꝛ (trine). s. in psonis (parit') id ẽ sit' (supni ciues). i. celestes ãgeli (celebrãt te laudibꝫ) ꝛ (nos supplices) id ẽ hũiles (p̃camur veniã). i. indulgẽtiã (parce redẽptis). i. dimitte nob redẽptis pctã nostra. qꝛ redemisti nos sanguine tuo ꝓpio. Amen

Elix per omnes festũ mundi cardines apostoloꝝ prepollet alacriter petri beati pauli sacratissimi. quos xp̃s almo consecrauit sanguine. ecclesiarum deputauit principes

Hic laudat autoꝛ deũ in ꝓmemoratõe petri ꝛ pauli. q̃ deputauit illos eẽ ꝓncipes eccle. ꝛ ptãtem dedit illis ligãdi ꝛ soluẽdi vincula pctoꝝ. Vñ rogam⁹ eos vt reddãt nos deuotos fide ꝛ spe robustos ꝛ repletos fonte gemine charitatꝫ. vt impetrare ab eis viuere post mortẽ possimus

(festū felix).i.beatū vel letū (apl'oz)se(beati petri z pauli sacratissimi.p/ pollet alacriter).i.iocose pre alijs splēdet(p oēs cardines).i.p oia elimen ta(.s.p oēs partes(mūdi.q̄s) apl'os.xp̄s (p̄secrauit almoi sanguine. de/ putauit).i.p̄stituit eos esse(p̄ncipes eccliaz)

Hi sunt olive due coram domino.z cādelabra luce radiantia.pre clara celi duo luminaria.fortia soluunt peccatoruz vincula.portas olympi reserant fidelibus

(Hi).s.duo apli(sunt due olive).i.due arbores fructuose redolētes (et)s^e sunt(cādelabra radiātia luce coz̄ dño).s.cū lumine x̄tutū.qz dñs nō posuit eos sub modio abscōditos.sz sup candelabra).i.in maiori cla/ ritate sive charitate.s.romana ciuitate(duo p̄clara lumina celi soluūt).i. rūpunt(fortia vincula pcōz)z s^e isti duo (reserant).i.aperiūt(fidelib) id ē xp̄ianis hoib(portas).i.ianuas(olympi).i.celi

Habent supernas potestatē claudere sermone sedes. pādere splē dentia lumina poli super alta sydera lingue eoz claues celi facte sunt laruas repellunt vltra mundi limitem.

¶Et ip̄i.s.petrus z paulus(hn̄t potestatē).i.facultatē(claudere sup nas sedes)id est celestes māsiones(sermone)id ē solo verbo.sicut clausit ananie z saphire cū petrus dixit.pecunia tecum sit.id est pcta recū sint in perditōem.z supple habent potestatē(pandere)id ē aperire(splendentia lumina poli)id est celi(lingue eoz).s.petri z pauli(claues celi facte sunt sup alta sydera)id est sup oēs doctores ecclesiaz(z repellūt laruas)id est culturas idolatrie(vltra limitē mundi)id ē terminū.quia in oēm ter/ ram exiuit sonus eoz.z in fines orbis terre verba eoruz Larua quod dam monstrū ē.qđ apponit faciei.vt pauorē inferat p quod fantasias no/ cturnas intelligimus pcōz.quas apostoli repellūt ab eis q̄ eas sequun tur.Etiā larua dr maleficus incantator z vmbra demonū vel demon.

¶Nota q̄ aliud ē latria.aliud latere scēlis cultura.aliud idolatria La tria ē seruit9 soli deo debita. Idolatra e ille q̄ seruit idolis. Jñ idolatria ē cultura idoli.idolū ē imago. Itē idolatriū ē oblatio idoloz. Jtē latere acen sis grece dr seruitus latine deo q̄ debet z hoi z vnicuiq̄ Dulia ār dr cultu ra q̄ sanctꝰ debet. Hipdulia ār ē q̄ debet hūanitati xp̄i pfecte oīi munere gratiaz. Et illa etiā gl'osi virgini marie inc̄pt̄u mater dei ē debet

Petrus catenarum laqueos christo iubente rupit mirabili/ ter.custos ouilis z doctor ecclesie pastor gregis cōseruator omnium arcet lupoz̄um truculentam rabiem

Expositio hymnorū

¶ In p̄cedenti hymno autor petrū z paulū apl̄os sanctissimos in gñali ꝓmendauit. hic ꝓp̄r laudes depromit in honorē scti petri in speciali

Cōstr. Beat⁹ (petr⁹ rupit). i. fregit (laq̄os). i. vincula (catenaꝝ) q̄ ce ciderūt catene de manib⁹ ei⁹ p angelū nūciantē (mirabil'r). i. fortit' (xp̄o iu uente). i. p̄cipiēte. d̄ ipe petr⁹ (custos ouil' z doctor) s^c fidel' (ecclie z pastor gregꝫ) s^c xp̄iani. z (ꝓfuator oim fideliū. arcet). i. repellat (truculētē). i. crudelē siue tribilē (rabiē). i. furorē vl' ilantā (lupoꝝ). i. demonū vl' hereticoꝝ

Quodcunqꝫ vinclis super terram strinxerit. erit in astris religatum fortiter. z quod soluerit in terris arbitrio erit solutū sup celi radium in fine mundi iudex erit seculi

(Quodcūqꝫ) s^c petrus (strinxerit). i. ꝓstrinxerit (vinclis). i. vibramine sentētiaꝝ (sup terrā erit religatū fortiter in astris). i. in celis (z qđ solueris in terris arbitrio). i. iudicio suo erit solutū sup radiū celi. z (erit iudex seculi in fine mūdi). i. in die iudici. Et hoc habet̄ Math. xvi.

Non impar paulus huic doctor gentiū electōnis templū sacratissimū. in morte compar. in corona particeps ambo lucerne z dec⁹ ecclesie in orbe claro coruscant vibramine

Hic oñdit autor paulū imparē nō eē scto petro in p̄dict̄ dicēs (paul⁹ nō impar huic). s. petro ſz eccl̄is (doctor gētiū z sacratissimū tēplū). i. vas electōis (ꝓpar). i. eccl̄is petro (in morte). i. passiōe (z ꝑticeps). i. ꝓcors (in corona. ambo) illi (lucerne z dec⁹). i. honor (eccl'e coruscāt claro vibramine). i. magno splēdore (in orbe). i. in mūdo

O Roma felix que tantoꝝ principū es purpurata pretioso sanguine. excedis omnē mūdi pulchritudinē nō laude tua sed sanctoꝝ meritis. quos cruentatis iugulasti gladijs.

Hic autor Romā ꝓmēdat siue laudat (O roma felix). i. btā (q̄ es purpurata). i. decorata (p̄cioso sanguine tātoꝝ p̄ncipū). i. tā magnoꝝ. s. petri et pauli (excedis). i. excellis (oēz pulchritudinē mūdi. nō laude tua). i. cō mendatōe (ſz meritz) ſcz (sctoꝝ). i. ꝑter sctōs (q̄s) s^c sctōs (iugulasti). i. interfeciſti (gladijs cruētatis). i. sanguinolētis. q̄ in te occisi sunt

Vos ergo sancti glorioſi martyres petre beate paule mundi liliū celestis aule triūphales milites. precib⁹ almis nostris nos ab oīb⁹ munite malis ferte super ethera

Et q̄ habetis ptātem ligādi atq̄ soluēdi (ꝑ o vos scti martyres glorioſi. s. petre z paule) supple exñtes (liliū). i. ornamentū vl' flos (mūdi) et

(milites triūphales) id ē victoriosi (celestis aule). i. palatij (munite) id ē defendite (nos ab oib⁹ malis nostris. almis p̄cib⁹) id ē sanctis oratōnib⁹ (et ferte nos sup ethera) id ē supra ethereū celum.

Gloria tibi deo per immensa secula sit tibi nate decus imperium honor potestas sanctoq; spiritui sit trinitatis salus individua. per infinita secula seculorum Amen

Glia sit deo patri p immensa secula). i. p imutabilia secula. o tu (nate) idē fili dei vivi (decus z iperiū) qz iperas celo z terre z mari (honor z potestas sit tibi) z sit spiritui sancto (individua sal⁹) id ē inseparabil⁹ (sit trinitati) q̄ trinitas. s. vnus deus est salus omnū gentiū (p infinita secla seculoz) id est in eternum Amen

Aurea luce z decore roseo lux lucis omne perfudisti seculū decorās celos inclyto martyrio hac sacra die q̄ dat reis veniam

¶ Iste hymnus festiualiter cantat in honorē petri z pauli apostolorū Construe. o (lux lucis). i. fili⁹ patris (p fudisti). i. replesti (oē seculū) id est totū mūdū (aurea luce). i. p̄dicatōe ap̄lo⁹ p lumina aurea dicta sunt p̄ter splēdorē diuine bonitat⁹ z bone vite q̄ nos illuminat (decore roseo) rutro martyrio (decorās). i. ornans (celos). i. celestes creaturas (inclito martyrio). i. nobili passione (in hac sacra die). s. in hac sacra festiuitate (que) dies (dat veniam). i. indulgētiā (reis). i. petōrib⁹

Janitor celi. doctor orbis pariter iudices seculi vera mūdi lumina p crucē alter. alter ense triūphās vite senatū laureati possidēt

(Janitor celi). i. hostiarius scz petr⁹ (doctor orbis). i. p̄dicator mundi scz paulus (pariter). i. simul (iudices seculi z vera lumina mūdi. alter) id est petrus (triumphans) id ē vincēs (per crucem. alter) id est alius. s. paulus triumphās ense (laureati) id est coronati (possident senatū) id ē principatum (vite) supple eterne.

Jam bone pastor petre clemēs accipe vota p̄cantū z peccāti vincula resolue tibi potestate tradita. q̄ cūctis celū ꝓbo claudis aperis

Apostropham facit autor ad petrū sic dicēs O (bone pastor petre clemens accipe vota p̄cātiū) id ē preces (z resolue vincula petri potestate tibi tradita) a christo (qua potestate claudis z aperis celum) id ē paradysum (cunctis) s⁹ hoib⁹ (verbo) id ē sermone.

Doctor egregi paule mores instrue. et mēte polum nos transferre satage. Donec perfectum largiatur pleni⁹ euacuato quod ex parte gerimus. ⁂

Expositio hymnorū

O (paule doctor egregie).i.nobilis (instrue)id ē cōpone.nostros (mores)z(satage)id ē labora(trāsferre nos mēte)id ē ꝓtēplatōe vel aīa (polū)id ē in celestia(donec)id ē q̄usq̄ (pfectū).i.pfecta.visio scz beatifica scz corpis z aie(largiat).i.tribuat nobis in futuro(pleni)id ē pfecti(euacuato)id ē penit⁹ dimissa.scz mortalitate(qō gerim⁹ ex pte)id ē in ℔ mortali corpe q̄si in aliā ptē hois ꝓsa fuerit.id ē in futuro gl'iabit hō pleni⁹ et pfecti⁹ data sibi immortalitate vtriusq̄ partis corpis z aie

Oliue bine pietatis vnice fide deuotos.spe robustos maxime fonte repletos charitatis gemine post mortē carnis ipetrate viuere

(Oliue bine pietatis).i.due oliue pietatis (vnice)id ē indiuise vni⁹ fidei z vni⁹ amoris(impetrare)id ē postulate a deo(deuotos fide)z(robustos).i.firmos(spe repletos fonte maxie gemine charitatis)scz dilectōnis dei z ꝓximi(viuere post mortē carnis)id ē post sepationē corpis z aie

Sit trinitati sempiterna gl'a honor.potestas atq̄ iubilatio.in vnitate cui manet imperiū z tūc z mō ꝑ eterna secula Amen.

(Sempiterna gloria)id ē eterna gloria (sit trinitati)in trib⁹ ꝓsonis.ee (honor)potestas (atq̄ iubilatio)id ē laudatio sit ei trinitati(in vnitate) scz in vno deo (cui)scz trinitati (manet imperiū)id ē existit preceptū (z tūc id est ab exordio mundi(z modo)in ꝓsenti(per eterna secula)id est per omnia tempora Amen

Ibi christe splendor patris vita virtus cordium in conspectu angelorum votis voce psallimus alternantes concrepando melos damus vocibus

¶In hoc hymno intēdit laudare dñm.intēdit etiā in hoc scī michaelis gr̄a vel amore ip⁹ archāgeli collaudare oēs angelos.scz maxie michaelē q̄ ē ꝓnceps militie rogat itaq̄ z precat vt oēs angeli nob assistant.z demones a nob repellāt.z mūdos cordes corpe nos reddāt.z hoc est qō dr O (christe q̄ es splēdor patris vita z ꝓtus cordiū) qz sicut viuit corp⁹ ꝑ aiam ita aīa ꝑ christum (psallimus)id ē laudes cantam⁹ (tibi in ꝓspectu angelor votis)id ē precib⁹ vel corde vel ore z voce.z (damus melos)id est melodias(vocib⁹)nostris (concrepādo)id ē resonando (alternantes) id est vocib⁹ deuotis inuicem decantātes.

Collaudamus venerātes oēs celi milites.scz pcipue primatē celestis exercitus michaelē in ꝓtute ꝓterentē zabulon.

Nos (collaudamus venerātes).i.honorātes (omnes milites)id ē angelos (celi.sed pcipue primatem)id ē supremū (celestis exercitus)scilz(michaelē ꝓterentem)id ē cōminuentē vel frangentē(zabulon) id ē diabolū

(in ꝓtute)s̄c crucis Michael interpretat quis est vt deus. vt ōt ꝙs est ita fortis vt de⁹ noster ꝙ creauit nos ad laudādū se.s.xp̄m. Per hoc nomen michael ostēdit ꝙ nullus ꝑt facere qō deus facit

Quo custode ꝓcul pelle christe pijssime oē nephas inimici mūdo corde ꝛ corpe paradiso redde euo nos sola clementia

(Quo custode)scz michaele.o(christe pijssime)id ē mitissime (pelle ꝓcul)id ē abijce lōge(oē nephas).i.oē.pcm̄(inimici).i.diaboli(ꝛ red de nos sola)vel sancta(clemētia paradiso)id ē in requiē.nos dico(mun/ do corde ꝛ corpe).i.tuoꝝ operꝝ exhibitione.

Gloriā patri melodis ꝓsonemus vocibꝫ.gloriā christo canam⁹ gloriā paraclito.ꝙ trinus ꝛ vnus deus exat añ secula Amen

Et ꝙ custode.s.michaele ipe expellit a nobis oē nephas inimici.ꝛ fa cit nos mūdos corde ꝛ corpe.ideo(ꝓsonemus).i.ꝓfecte canemus (gloriā patri melodis vocibꝫ).i.dulcis melodijs(canamus gloriā xp̄o).i.ei⁹ fi/ lio.ꝛ canamus silr eadē ꝙlitate(gloriā).i.laudē ꝛ honorē (paraclito)id ē spūisctō(ꝙ exat).i.manet(de⁹ trinus in ꝓsonis.ꝛ(vnus)in vnitate sub/ stātie(añ secula).i.ante oīa secula Amen.

Christe sanctoꝝ decus angeloꝝ rector humani generis ꝛ au tor nobis eternū tribue benignus scandere celum

¶Iste hymnus solenniter cantat in ꝑfesto michaelis. Construe. O (xp̄e decus).i.honor(sctōꝝ angeloꝝ)sctōꝝ dico ad dīam maiorum(re ctor)es(humani generis ꝛ autor)tu(benignus tribue nobis scādere).i. ascendere(eternū celū).i.regnū eternū.

Angelum pacis michael ad istā celitus mittas rogitamus aulā nobis vt crebro veniente crescant ꝓspera cuncta

Rogitamus mittas celitus.i.de celo dirigas(ad istā aulā)id ē eccle si/ am(michael angelū pacis)ꝙ nos placat deo.quotiēs magna nūciant no bis a deo michael mittit.qñ vero maior gabriel mittit.vt marie ꝛ zacha/ rie.ꝛ ad medelā raphael mittit vt thobie.raphael interpretatur medicina ad hoc ergo mittat(vt veniēte)michaele angelo dei(crebro)id ē frequen ter(cūcta prospera)s̄c bona(crescant)

Angelus fortis gabriel vt hostē pellat antiquū volitat ab alto sepius templum veniens in istud nostri misertus.

¶Gabriel interpretatur fortis angelus.id est fortitudo dei per quem intelligitur ꝙ fortis fuit ꝛ potens ad deuincendum fortitudinem diabo li per ꝓtutem sancte crucis Construe (fortis angelus gabriel volitat)

id est volat (ab alto) celi (vt pellat antiquū hostē). i. diabolū. gabriel dico (veniēs sepi⁹ in istud tēplū). i. ecclīam (misertus nostri)

Angelum nobis medicum salutis mitte de celo raphael vt oēs sanet egrotos pariterq; nostros dirigat actus

O xpe (mitte nobis angelū raphael medicū salutis. de celo) s^c nostre. raphael em̄ interp̄tat medicina dei. z fcat xp̄m iesum q̄ tulit nobis de celis medicū. i. portauit nobis medicinā de celo. s. spūssancti. cuius gra mū dati sumus ab om̄i pctō z liberati ab hoste antiq̄ (vt sanet) id ē curet (omnes egrotos) in mēte. z (dirigat pariter actus nostros) id ē nostras operatōes prauas ad bonā operationem

Hinc dei nostri genitrix maria totus z nobis chorus angelor̄ sp assistat simul z beata contio tota

Hic facit inuocatōem marie. z etiā angelor̄ dicēs O (hinc maria genitrix dei nostri. z totus chorus angelor̄ assistat sp) id ē in oi tpe (nobis) oib⁹ (z tota contio beata) id ē exercit⁹ angelor̄ nobis assistat simul oib⁹ diebus. vt isti intercedāt pro nobis.

Prestat hoc nobis deitas beata patris ac nati pariterq; sanctispiritus cuius reboat in omni gloria mūdo Amen

(Beata deitas). s. patris dei oportētis (ac nati) idē filij. z (spūssancti prestet) id ē tribuat (nobis pariter hoc). s. supradictū. cui⁹. s. diuinitatis. glia reboat. i. psonet (in omni mūdo Amen

Huiste redemptor omniū cōserua tuos famulos beate semper virginis placatus sanctis precib⁹.

¶ Hic facit inuocatōem ad oēs ordines angelor̄. z deprecat eos vt ipi assint nobis, z a nobis oia vitia repellāt. z nos purificatos corde. z corpe z opere ad celestia regna pducāt O (xpe redemptor oim). s. fideliū (ꝑseruatuos famulos) q̄ tibi famulantur. tu dico (placatus sp sanctis precib⁹ beate ꝑginis) scz marie

Beata quoq; agmina celestiū spirituū p̄sentia futura mala pellite

(O beata agmina). i. exercitus (celestiū spirituū). s. angelor̄ pellite q̄qz) id ē fug̃ (p̄sentia mala). i. vitia. z (futura) a nobis

Uates eterni iudicis apostolicq; dñi suppliciter exposcimus saluari vestris precibus

(Uates) id ē vos ꝓphete (eterni iudicis) id est xp̄i (qz) pro z (apostoli domini. exposcimus) id est deprecamur (suppliciter) id ē humiliter (saluari vestris precibus

Martyres dei incliti confessoresq; lucidi vestris orationib⁹ nos ferte in celestibus

(O inclíti martyres dei).i.nobíles ⁊ electi.⁊ (p̄fessores lucidi).i.casti (ferte nos in celestib⁹)supple regnis (vestris oratiōib⁹)

Chorus sanctarum virginum monachorum omniū simul cum omnibus consortes christi facite

(Chorus sanctaꝝ virginū ⁊ oīm monachoꝝ facite nos p̄sortes xp̄i) id ē partícipes celestiꝭ regni (cū omnib⁹ sanctis)

Gentem auferre perfidam credētium de finibus vt christo laudes debitas persoluamus alacriter.

(Auferte)id ē remouete (gentē p̄fidā).i.infidelē (de finib⁹ credentiū)⁊ ad q̄d (vt p̄soluamus alacriter).i.iocose (xp̄o laudes debitas)

Gloria patri ingenito eius vnigenitoq; vna cum sancto spiritu in sempiterna secula Amen

(Gloria).i.laus .sit (ingenito).i.patri (eiusq; vnigenito) id ē filio iesu xp̄o dño nr̄o (vna).i.pariter (cū sc̄o spū in sempiterna secula Amen).

Esu saluator seculi redemptis ope subueni ⁊ pia dei genitrix salutem posce miseris.

¶ Hymnus iste decantat in honore oīm sanctoꝝ ⁊ p̄tinuat supiori sic ita dixi.o xp̄e p̄serua nos famulos.⁊ bñ dctes.q; redemisti nos. Et ꝑ est q̄ dt O (iesu saluator seculi.subueni).i.succurre (redemptis ope).i.tuo auxilio.o (dei genitrix posce).i.ipetra (salutē) sc̄e aīaꝝ (miseris) sc̄e nobis

Cetus omnes angelici patriarcharum cunei ⁊ prophetarum merita nobis precentur veniam.

Cōstrue O (coēs angelici cetus).i.oēs societates seu exercit⁹ angelorū (cunei) id ē chori (patriarchaꝝ ⁊ merita p̄phetaꝝ.p̄centʒ) id ē postulēt vel impetrēt (nobis veniā) id ē indulgentiā peccatoꝝ

Baptista christi p̄uius ⁊ clauiger ethereus cum ceteris apostolis nos soluant; nexu criminis.

Construe (Baptista) ioannes (p̄uius) id ē p̄cursor (christi ⁊ clauiger) sc̄z petrus (ethereus).i.celestis (cū ceteris apostol' soluāt nos a nexu criminis) id est a vinculis peccatorum.

Expositio Hymnoꝝ

Chorus sacratus martyrum sacerdotum confessio et virginalis castitas nos a peccatis abluant

Cōstrue (Sacratꝰ chorꝰ).i.sacer cetꝰ (martyꝝ.ꝛ ꝓfessio sacerdotū).i. iustoꝝ (ꝛ castitas ꝑginal').i.ꝑginū (abluant nos a pctis)

Electorum suffragia omnesq; ciues celici annuāt votis supplicum ꝛ vite poscant premium

Cōstrue (Suffragia).i.patrocinia (electoꝝ.ꝛ oēs celici).i.celi (ciues) id ē angeli (annuant).i.faueāt (votis).i.ꝑtibꝰ (supplicū).i.humilium (et poscāt).i.impetrēt (ꝑmiū vite) supple eterne.

Laus honor virtus gloria deo patri ꝛ filio sancto simul paracleto in sempiterna secula. Amen

Cōstrue (Laus).i.ꝓmēdatio (ꝑtus honor glia) sint (deo patri ꝛ filio sil' sancto paraclito in sempiterna secula. Amen.

Ex christe martini decus hic laus tua. tu illi' tu nos in hūc te colere in ipsum quin tribue

¶ Autor iste ꝓmēdat ꝛ laudat deū de ꝓuersatōe ꝛ habitu bti martini. qz h̄ paup.ꝛ modicꝰ celū dines ingredit. qz p ꝓstantiā fidei.ꝛ in ꝓfessiōe trinitatꝭ triū mortuoꝝ corpa q̄ꝝ aie detinebant clause in inferno suscitare sꝫ ꝑmeruit. rogat itaq; dn̄m ihesuꝫ xp̄m vt sicut p ꝓfessionē sc̄ē trinitatꝭ tres mortuos suscitauit ab iferno. ita suscitet nos a pctō.ꝛ sicut induit paupe rē ꝑte sue chlamidis sic nos iduat sua iustitia. Et h̄ ē qđ dr Ō (xp̄e rex) eterne (decꝰ).i.honor (martini.h̄).s.martinꝰ sc̄ē (tua laus.tu) sc̄e es laus (illi').s.martini (tu tribue nos colere).i.honorare (hūc) sc̄e martinū (in te quin).i.insup' sc̄e tribue nob̄ te colere (in ip̄m) supple martinū.

Qui das p orbis cardines q; gemma fulget presulum. da quos premunt culpe graues. soluat per ingens meritum

Cōstrue. Tu (q̄ das q; gēma).i.refulgentia (p̄sulū fulget).i.splendet (p cardines).i.p angulos (orbis).i.mūdi (da).i.ꝓcede. vt martinꝰ (soluat quos graues culpe).i.criminalia pctā (ꝑmunt) id est ledunt (per ingens meritū).i.magnū meritum

En pauper hic ꝛ modicus celum dines ingreditur. celi cohortes obuiant lingue tribus ouant.

Cōstrue (En).i.ecce (h̄).s.martinꝰ (paup).s.ī oibꝫ oꝝibꝫ suis (ꝛ modicꝰ).s.in ꝑsona corꝑis ꝛ in paruis diuitijs (dines) scz in ꝑtutibꝫ exeūdo de mūdo (ingredit celū. cohortes).i.exercit' (celi obuiāt) sc̄e ei (lingue) scz

hominꝫ (tribꝫ) israel. s. iudei (ouant). i. applaudant

Ut vita fulget transitus celis ꝛ aruo splendidus. gaudere cunctis pium est. cunctis salus sit hic dies

Cōstrue (Ut) p sicut (vita) illi⁹ (fulget) i. splēdet. sic (trāsit⁹). i. obit⁹ ei⁹ (splendid⁹) s⁹ ē (celis). i. in celis (ꝛ aruo). i. in terra seu mūdo ꝛ cō. q̄a fulget (piū ē). i. dulce (cūctis). i. oibꝫ (gaudere). i. letari. ꝛ (h̄ dies). i. hoc festū (sit sal⁹ cunctꝫ) supple hoibus

Sit trinitati gloria martinus vt confessus est. cuius fidem per opera in nobis ꝛ ipse roboret

Cōstrue (Glia sit trinitati) scꝫ patri ꝛ filio ꝛ spūisctō (vt). p sicut (martinus p̄fessus ē). s. fidei ope (cui⁹) s⁹ martini (fidē). i. p̄fessionē verā (ꝛ ip se) de⁹ (roboret in nob̄) s⁹ hoibꝫ (p opa) scꝫ bona

Artine par apostolis festum tuum colentes foue qui vivere discipulis vis aut mori nos respice

¶ In h̄ hymno p̄mēdat autor b̄tm̄ Martinū p p̄stātiā fidei ei⁹ quē habuit in suscitatōe triū mortuoꝝ quē in h̄ compat aplis. Et h̄ ē qđ dr. O (martine par aplis). i. eēglis in resuscitatōe triū mortuoꝝ. qꝛ tres mortuos suscitauit vt apli. Et qꝛ globꝫ igneus. i. spūssanct⁹. descēdit sup eū. tu foue nos). i. resuscita a pctō (colētes tuū festū q̄ vis vivere aut mori discipulis). i. ad utilitatē discipuloꝝ. qꝛ nec mori timuit nec vivere recusauit. vñ ipe effundēs oroēm apd dñm ait. O dñe si adhuc populo tuo sum necessari⁹. nō recuso laborē fiat volūtas tua. qꝛ nec vivere nec mori recusasti tō (respice nos) vt tuis meritꝫ mūdi cordet corpe existētes aulā celi ingredi mereamur. sicut fecisti in tpe tuo p̄latos ecclie famosos

Fac q̄ olim gesseras nunc presules clarifica. auge decus ecclesie. fraudes relega sathane

Cōstrue (Fac) s⁹ nos eē iustos (nūc). i. in p̄nti (qđ gesseras). i. feceras (olim) s⁹ p̄dicādo (clarifica). i. illumīa. nūc (p̄sules). i. p̄latos (auge dec⁹ ecclie. relega). i. frāge ꝛ repme (fraudes sarane). i. diaboli aduersarij nr̄i.

Qui ter chaos euiceras. mersos reatu suscita. diuiseras vt chlamidem nos indue iusticiam

Cōstrue (Qui euiceras). i. euacuasti (chaos). i. infernū (ter) id ē tres mortuos suscitasti ꝛ tu q̄ ter intrasti ifernū resuscitādo tres mortuos (suscita miseros reatu). i. culpa p̄mi parentis ꝛ ppria (vt). p sicut (diuiseras chlamidē) pauperi. sic (indue nos iusticiam)

Ut spiritualis glorie quondam recorderis tue monastico nunc ordini iam pene lapso subueni

Expositio Hymnoꝝ

Construe ⁊ martine(subuent).i.succurre(monastico ordini)id ē ordine monachoꝝ(iam lapso).i.relapso in peccatis (pene) .i.fere ⁊ ad ꝗd (vt recorderis quondā spūalis vel spiritalis glie tue)

Exultet celum laudibus resultet terra gaudijs apostolorum

gloria sacra canunt solennia.

¶ In ℟ hymno facit autor inuocationē ad apl'os vt ipi ꝓ nobis exultent ⁊ suis precib⁹ a nobis vicia repellāt vt ipi cū veniūt ad iudiciū nō ꝓ reatu puniāt.sz ꝓpotes eternis gaudijs faciāt. Et nota.ꝙ dies iudicij nō dr ideo ꝙ tūc sit dies.sz apparebūt nobis oia sicut in die. Et hoc est qđ dicit (Celū)id ē celestis curia(exultet).i.gaudeat(laudib⁹ terra).i.terreni.scz hoies(resultet gaudijs)scz(canunt)id est laudant(sacra solennia)id est solennitates(gloria apostolorum)

Vos secli iusti iudices et vera mundi lumina votis ꝑcamur cor

dium audite preces supplicum

Construe(Vos)apostoli(iusti iudices secli)pro seculi (⁊ ℣a lumina mūdi)qz totus mūdus illuminat eoꝝ ꝓdicatōe(ꝑcamur vos votis cordiū).i.ꝑcib⁹ cordis(audite ꝑces supplicū).i.humiliū.

Qui celum verbo clauditis serascz eius soluitis nos a peccatis

omnib⁹ soluite iussu quesumus.

Cōstrue(Qui clauditis)scz pctōrib⁹(celū ℣bo).i.sermone(cꝛ)pro et (soluitis).s.hoib⁹(seras).i.infirmitates(et⁹.quesum⁹).i.ꝑcamur,(vos soluite).i.absoluite(nos a pctis oib⁹.iussu).i.pcepto xpi.

Quorū precepto subditur salus.⁊ languor omniū sanate egros

moribus nos reddentes virtutibus.

Construe(Quoꝝ)scz apl'oꝝ(ꝑcepto).i.mādato(salus).i.sanitas(et languor).i.infirmitas(oim)s⁹ hoim(subdit sanate egros).i.peccatores (moribus).i.prauis cogitatōnib⁹(reddētes nos ℣tutib⁹)

Ut cum iudex aduenerit christus in fine secnli nos sempiternis

gaudijs faciat esse compotes

Et ideo reddant nos ℣tutib⁹(vt cū xp̄s)s⁹ existens (iudex aduenerit in fine seculi faciat nos).s.hoies(esse compotes sempiternis gaudijs).

Terna christi munera apostolorum gloria laudes canen/

tes debitas letis canamus mentibus.

¶ Hymn⁹ iste ꝓtinuat supiori.s.exultet celū laudib⁹ ⁊c(Nos canēres debitas laudes)xp̄o in honore apl'oꝝ(canam⁹ letis mētib⁹).id ē iocosis (eterna xpi munera)id ē innumerabilia(glia apl'oꝝ)id ē ob gliam.

Ecclesiarum principes belli triumphales duces celestis aule milites et vera mundi lumina.

¶ Cōstrue Ipi sez apli. suut (pncipes). i. pōtifices (eccliarū) isti sunt (triumphales duces belli). i. triūphātes. isti sunt (milites celestis aule) id est palacij. z sunt (vera lumina) qz pdicatōe illoz illuminatus est mundus.

Deuota sanctorum fides. inuicta spes credentium. perfecta christi charitas. mundi triumphat principem.

(Fides deuota sanctoz). i. obediētia (inuicta spes credētiū) sc hoim (pfecta xpi charitas). i. amor (triūphat). i. superat (pncipē mūdi). i. diabolū. vñ Joh. xij. Uenit pnceps huius mūdi z in me nō hz quicq.

In his paterna gloria. in his voluntas spiritus. exultat in his filius celum. repletur gaudijs.

(Paterna gīa). i. pri diuinis (exultat in his). s. aplis (volūtas spūs) sc scti (exultat in his. filius exultat in his) ꝯd dicā p singla (celū replet gaudijs)

Te nunc redemptor quesumus. vt ipsoz consortio iungas precantes seruulos in sempiterna secula

O (redēptor quesumus te nūc). i. in pñti (vt iungas pcātes seruulos consortio ipsoz) sez aplorz (in sempiterna secula) Amen.

Auctoz merita inclyta gaudia pāgamꝰ socij gestaq fortia

nā gliscit animus pmere cantibus victorū genus optimū

In h hymno laudat autoz deū in pmemoratōe sctoz martyz. qz mundū cū pōpis suis dimiserūt. vñ in terris laudant z in celis honorant. Inte dit itaq rogare deū vt nos suos famulos iūgat consortio sctoz martyz. z h ēqđ dr O (socij pāgamꝰ). i. cantemꝰ (inclyta gaudia). i. pclara (merita sctoz z fortia gesta eoz). i. facta (nā animus gliscit). i. cupit vt gaudet (pmere) id est laudare (optimū genus victoz) id est martyrum (cantibus) id est cum hymnis.

Hi sunt quos retinens mūdus inhoruit. ipsuz nam sterili flore peridū spreuere penitꝰ. teq sequuti sunt rex christe bone celitus

O bone rex xpe. i. saluatoz (hi) sc martyres (sunt. qs mūdus retinēs) id ē seruās (inhoruit). i. odio habuit. nā ipi martyres (spreuere). i. spreuerūt (penitꝰ ipm) sez mūdū (peridū). i. valde aridū (flore sterili). i. infructuoso (q). p et (sequuti sunt. celitꝰ). i. diuinitꝰ (te) sc xpm regem

Hi pro te furias atq ferocia calcarunt hominū seuaq verbera

cessit his lacerans fortiter vngula. nec carpsit penetralia

(Hi) martyres (calcarūt). i. sustinuerāt (p tot furias hoīm). i. insanias infideliū (atq; ꝥba ferocia). i. crudelia (z seua). i. iniuste illata (z vngula). i. qͦdā genꝰ tormēti (cessit). i. locū dedit (his) martyrib; (lacerās). i. puniens p queuis tormenta (nec carpsit penetralia) martyꝝ vl' apl'oꝝ. i. nō fuerūt tracta vl' diuisa eoꝝ viscera. z h̄ ꝑtute dei q̄ erat in eis.

Cedunt gladijs more bidentū. nō murmur resonat. nec querimonia. sed corde tacito mens bene ꝓscia ꝓseruat patientiā

Ipsi (cedunt). i. pcutiunt vl' iugulant (gladijs) sc̄ crudelib; (more bidentiū). i. ꝓsuetudine ouiū (murmur nō resonat). i. nō audit (nec q̄rimonia). i. lamētatio (sz mens bñ ꝓscia). i. boni meriti (ꝓseruat patientiā tacito corde) qz fortes patiētes z firmi erant p fide xp̄i in bello

Que vox q̄ poterit lingua retexere. q̄ tu martyrib; munera p̄paras. rubri nā fluido sanguine. laureis ditantur bene fulgidis

Et qz hec oīa p xp̄i noīe patiebant. igit (q̄ vox q̄ lingua poterit retexere). i. dicere vl' explicare (munera). i. dona (q̄ tu p̄paras martyrib;. nā ipi rubri). i. rubri (sanguine fluido). i. fluēte (ditant). i. coronant (laureis). i. coronis (bene fulgidis). i. splendidis

Te summa deitas supplices poscimus vt culpas abluas noxia subtrahas. des pacē famulis nob; q̄q; gl'iam p cūcta tibi sec'la Amē

O (summa deitas) nos (supplices). i. hūiles (poscim; te). i. rogamus te (vt abluas). i. deleas (culpas nostras). i. pcā nostra (z subtrahas). i. tollas (noxia). i. ipa pcā (z des nob; famulis) tuis (pacē q̄q;). i. sil' nos ocs dem; (gl'iam tibi). i. ad honorē tui p cuncta secula Amen.

Ste cōfessor dñi sacratus. festa plebs cuius celebrat pr ortem hodie letus meruit secreta scandere celi.

¶ Materia hui; hymni ē. q; totis viribꝫ deū sup oīa laudare debem; Ja rendit etiā autor in h̄ hymno tractare de ascēsione illi; ꝓfessoris in cuius memoria p̄sens hymn; totis laudib; celebrat (Iste ꝓfessor dñi sacrat;) id ē ꝓsecrat; a dño (cui;) sc̄ ꝓfessoris (festa). i. solēnitates (plebs) sc̄ deuota (celebrat hodie p ortē). i. mūdū (meruit scādere). i. ascēdere (letus) id ē exultans (secreta celi). i. ꝓmplatōnes supnas

Qui pius prudens humilis pudicus sobrius castꝰ fuit z quietus. vita dum presens vegetauit eius corporis artus.

(Qui) sz ꝓfessor (fuit castꝰ) corpe z aia (pius) sc̄ opib; (prudēs) id ē

sapiēs (humilis) in factis (pndicus) in ꝓbis (sobrius in moribꝫ (ꝛ q̄etus) id ē trāquillus (dū). i. donec (pīs vita) vegetauit). i. nutriuit (artꝰ) id est mēbra (corpis eiꝰ). i. q̄diu erat in hoc seculo

Ad sacrū cuius tumulū frequenter membra languentū modo sanitati quolibet morbo fuerint grauata restituuntur

(Ad cuiꝰ) sc̄ ꝓfessoꝛis (sacrū tumulū). i. sepulchꝝ (mēbra lāguētū). i. egrotātiū (restituūt. mō). i. in pīti (sanitati). i. saluti (frequēter). i. sepe (q̄libet morbo). i. a q̄cūq̄ infirmitate illa mēbra (fuerint grauata). i. oppressa

Unde nunc noster chorus in honore ipius hymnū canit hūc libenter. vt pīs eius meritis iuuemur omne per cuū.

(Ūñ noster choꝰ). i. ꝓgregatio nostroꝝ fraꝝ (canit nūc hunc hymnū in honore ipīꝰ) ꝓfessoꝛis (libēter). i. volūtarie (vt iuuemur pīs meritꝭ). i. patrocinijs ꝛ oꝛōnibꝫ (eiꝰ) sc̄ ꝓfessoꝛis (p oē cuū). i. p cūcta secula. Amen

Sit laus illi decus atq̄ virtus. qui supra celi residēs cacumē totius mūdi machinā gubernat trinus ꝛ vnus Amen

(Laus). i. glia (decus). i. honoꝛ (atq̄ ꝟtus sit illi) deo (q̄ residēs). i. sedens (supra cacumē celi) sup̄ celsitudinē (triuꝰ) dico in psonis (ꝛ vnꝰ) in deitate substātie (gubernat machinā). i. fabricā (totiꝰ mūdi)

Ex glorioſe martyrum. corona confitentium qui respuentes terrena perducis ad celestia.

¶ Materia huiꝰ hymni ē invocare regē martyꝝ vt dirigat ad nos aures sue clemētie si q̄d delinq̄mꝰ ꝓpter merita scōꝝ martyꝝ in q̄ꝝ ꝓmemoratōe pīs hymnꝰ cātat. ꝛ nō parcere vl ignoscere dignet. ꝛ hē q̄ dr ☞ (glioſe rex martyꝝ) sc̄ exīs (corona ꝓfitētium). i. ꝓfessoꝛ hoim (q̄ pducis respuētes). i. abijciētes (terrena) sc̄ bona (ad celestia gaudia)

Aurem benignam protinus appone nostris vocibꝫ. trophea sacra pangimus. ignoſce quod delinquimus

Cōstrue. sc̄ tu rex (appone ptinꝰ). i. statim (aurē benignā nīs vocibꝫ) id ē oꝛōnibꝫ (ꝛ ignosce). i. indulge vl dimitte (q̄ delinq̄mꝰ). i. peccamꝰ. (pāgimꝰ). i. canimꝰ (sacra trophea). i. victoriā martyꝝ

Tu vincis in martyribꝫ. parcendo confessoribꝫ. tu vince nostra crimina donando indulgentiam.

(Tu vincis) sc̄ senticiā tyrānoꝝ (in martyribꝫ parcēdo ꝓfessoribꝫ) q̄ non vis vt p martyriū finiāt vitā suā (tu vince). i. destrue (nostra crimina donando indulgentiā) q̄ tu nō vis mortē petōꝝ ꝛc̄.

Expositio Hymnoꝝ

Eus tuorum militū sors ⁊ corona premiū laudes canētes martyris absolue nexu criminis

(O deꝰ) tu (sors). i. ps siue hereditas Uñ dauid. Dñs ps hereditatis mee (pmū) qꝛ tu ꝑm meritū tribuis (⁊ corona tuoꝝ militū absolue canentes laudes martyris nexu criminis). i. laqueo pcōꝝ

Hic nempe mundi gaudia ⁊ blandimenta noxia. caduca rite deputans peruenit ad celestia

(Hic) martyꝛ (deputans). i. seruans vl estimans (nēpe). i. certe (gaudia mundi ⁊ blandimēta) sc̄ esse (noxia). i. mortifera. ⁊ (caduca). i. trāsitoria (peruenit rite). i. recte (ad celestia) supple regna.

Penas cucurrit fortiter. ⁊ sustulit viriliter. ꝑ te effundēs sanguinem. eterna bona possidet

(Pēe cucurrit fortiꝫ). i. ꝑstās forti aīo delectatōes huiꝰ mūdi trāsiuit (penas) sc̄ ab aduersarijs iflictas (⁊ sustulit). i. sustinuit illas penas (viriliter. effundēs sanguinē) sc̄ suū (ꝑ te) sc̄ xp̄o. ⁊ iō possidet eterna bona

Ob hoc peccatu supplices. te poscimus pijssime. in hoc triumpho martyris. dimitte noxam seruulis

(Ob hoc). i. ꝓpterꝙ. qꝛ ꝑ te sanguinē fudit (o pijssime) supple pr̄. nos (supplices poscimꝰ te). i. p̄camur (p̄catu). i. oꝛōne (dimitte noxā). i. culpā (seruulis. in hoc triūpho). i. in hac victoria (martyris)

Laus ⁊ perennis ⁊c̄.

Artyꝛ dei qui vnicū patris sequēdo filiū. victis triūphans hostibus victoꝛ fruens celestibus.

¶ Materia huiꝰ hymni ē. vt relictꝙ delectatōibꝫ ⁊ vanitatibꝫ huiꝰ seculi bona opa exercēdo deū ꝓseqūmur. Cōstrue, O (martyꝛ dei ḋ) sc̄ martyꝛ (sequēdo vnicū filiū pr̄is) sc̄ in diuinis (triūphās) sc̄ es in celo (victꝙ) id est deuictis (hostibꝫ). i. inimicis (fruens bonis celestibꝫ)

Qui precans munere nostrum reatum dilue. arcens mali contagium. vite remouens tedium

Et tu talibꝫ bonis fruens (dilue). i. extingue (reatū). i. pctm̄ nostrum (munere). i. dono (p̄catus) sc̄ tui (arcens). i. coartās (ꝓtagiū). i. putredinem (mali). i. pcti (remouēs tediū vite) scꝫ famē sitim nuditatē frigus

Soluta sunt iam vincula tui sacrati coꝛporis. nos solue vinclis seculi amoꝛe filij dei.

Et quia (vincula).i.ligamēta (tui sacrati corpis iā soluta sunt)id est a nexib9 huiꝰ seculi dissoluta sunt.ꝛ es cū christo (solue nos a vinculis)id est absolue nos a peccatis (amore filij dei)

Presta pater pijssime ꝛc.

Esu corona virginum quem mater illa concepit que sola virgo parturit hec vota clemens accipe.

¶ In hoc hymno laudat autor deū in cōmemoratōe sanctaꝝ ꝑginū q̄ donādo fragilē sexū meruerūt scādere secreta celi Rogat itaq̄ ꝛ deprecatur deū vt nesciamus vulnera corruptōis O (iesu corona ꝑginū quē) supple iesum)mater illa).s.maria (ꝓcepit)sez spūsctō (q̄ sola) mater inter alias (virgo parturit) id est produxit (tu clemens accipe)id est suscipe (hec vota nostra)id est has preces.

Qui pascis iner lilia septus choreis virginū sponsas decorās gloria sponsisq̄ reddens premia.

Tu (q̄ pascis).i.delectaris (inter lilia).i.bona opera (septꝰ).i.circunꝺatus (choreis).i.ordinib9 ꝑginū.ꝛ es (decorans).i.coronās (spōsas gloria ꝛ reddens sponsis premia)

Quocunq̄ pergis virgines sequūtur atq̄ laudibus post te canētes cursitant hymnosq̄ dulces personant.

(Quocunq̄).i.ad quēcunq̄ locū (pergis)ille ꝑgines (sequunt atq̄ canētes).i.laudātes (cursitant).i.currūt (post te laudib9 ꝛ psonāt dulces hymnos)id est laudes suaues

Te deprecamur largius nostris adauge sensib9 .nescire prorsus omnia corruptionis vulnera

Et q̄ ꝑgines psonāt tibi laudes (deprecamur te adauge largius)id ē augmēta amplius (nostris sensib9. ꝛ nescire prorsus).i.omnino (oīa vulnera corruptōis)id est peccati luxurie

Presta pater pijssime patriq̄ compar vnice cū spiritu paraclito in sempiterna secula Amen

Irginis plesiopiferq̄ matris ꝑgo quē gessit peperitq̄ virgo.ꝑginis festū canamus tropheū accipe votum.

¶ Materia huiꝰ hymni est canere deo laudes ꝛ secq̄ vestigia eiꝰ Cōmemoratio sctāꝝ ꝑginū agit in isto hymno ꝛ hē q̄ꝺ ꝺt (O ples).i.o filii marie (ꝑginis) ꝛ o (opifex).i.creatoꝛ (matris quē).s.te (ꝑgo)maria (gessit) id ē portauit (q̄) p ꝛ (ꝑgo).s.maria (peꝑit).i.parturit.vos (cantate) festū

ꝑginis tropheū).i. victoriā.ideo (accipe).i.suscipe(votum).i.ꝑces nr̃as

Hec tua virgo duplici beata sorte.dum gessit fragilē domare cor

poris sexum domuit cruentum corpore cetum

(Hec tua ꝑgo est beata duplici sorte)scz castitate vel ꝑginitate ⁊ mar/tyrio(dū gessit).i.laborauit(domare).i.marcerare(fragilē sexū).i.delere naturā corpis.⁊ illa(domuit).i.deuicit(cruentū).i.sanguinolētū. vel cru delē(cetū).i.diabolū(corpe)vt agathaclē.

Unde nec mortem nec amica mortis seua penarum genera pa

uescens sanguine fuso meruit secreta scandere celi

Ūñ supple qz domuit fragilē sexū.i.corpus suum(nec).i.nō supple fuit (pauescēs).i.timens(mortē.nec seua).i.crudelia(genera penaꝝ)nec fuit (amica mortis).i diaboli vel pcī.⁊ ideo(sanguine fuso).i.ꝑsumato mar tyrio.ipa(meruit scādere secreta celi)id ē ad celos

Huius obtentu deus alme nostris parce iam culpis.vicia remit/

tens.quo tibi puri resonemus almū pectoris hymnum

Et qz meruit scandere celū o(alme deus parce iam culpis).i.pcīs(re mittēs vicia).i.facinora(obtētu).i.prece vel orōe(huiꝰ)ꝑginis (quo).p vt.nos(puri).i.casti(resonemus tibi almū hymnū).i.canticū sanctuz ad honorē tui(pectoris).i.cordis nostri

Gloria tibi domine qui natus es de virgine cum patre. ⁊ sancto

spiritu in sempiterna secula

Rbs beata hierusalē dicta pacis visio. que construitur in ce

lis viuis ex lapidibꝫ ⁊ angel' coornata vt spōsata comite

¶ In hac cōmemoratōe celestis hierusalē autor laudat deū q̄ in hoc sa cro tēplo infundit iugiter suā bñdictionē.q̄ propter rogat deū.vt in ꝟ tem plo sctō suo oēs pmereamur acq̄rere eterna bona.⁊ adepta cū suis sctis perenniter possidere.⁊ decātaꝝ in die dedicatōis tēpli Cōstrue(Hieru salē bta vrbs).i.ciuitas celestis ꝓstituta vel ꝓstructa de aiabꝫ sctōꝝ q̄ sunt viui lapides(dicta).i.interꝑtata(visio pacis.q̄ hierusalē)ꝓstruit in celis ex viuis lapidibꝫ).i.sctis aiabꝫ sctōꝝ q̄ sunt viui lapides(⁊ coornata an/gelis vt spōsata comite).i.vt mulier ornata ē viro.i.spōso.ita ecclia xpo

Noua veniens e celo nuptiali thalamo preparata. vt sponsata

copuletur dño.platee ⁊ muri eius ex auro purissimo

Ista vrbs.i.sancta ecclesia(veniēs noua e celo)id ē cum xpo(ꝑparata nuptiali thalamo)id ē ꝑginali.lecto.i.lauacro baptismaꝫ(spōsata vt co puletur dño)id ē ꝓfugaꝫ(platee)id ē minꝰ ꝓfecti(⁊ muri).i.predicatores

(eius) ſupple ſponſe ſunt (ex auro puriſſimo) id ē ex ſplēdore ſctōꝝ. q̄ ſplē didi efficiunt ſicut aurꝫ puriſſimū.

Tonſionibus preſſuris expoliti lapides ſuiſq; aptārur locis pr manus artificis. diſponūtur permāſuri ſacris edificijs

Conſtrue (q;) pro 7 (lapides) id ē ſcti martyres (expoliti) id ē exſculpti vel exornati (tonſionib⁹) id ē pcuſſionib⁹ (preſſuris) id ē tribulatōnib⁹ Sicut lapides in muro ſunt edificati. ita aie ſctōꝝ ſunt ordinate in paradiſo (aptant) id ē ordinant (ſuis locis diſponunt pꝫ manus artificis) id ē pꝫ manus filij dei (pmāſuri ſacris edificijs) id ē celeſtib⁹ edificijs.

Porte nitent margaritis adytis patentib⁹ 7 virtute meritorum illuc introducit oīs q̄ pꝫ chriſti noīe in hoc mūdo premitur.

(Porte) ſcz illi⁹ tēpli (nitent) id ē ſplendēt (margaritis) id ē ꝑrutibus (aditis) liminib⁹ (parētib⁹). i. aptis ſacris tēplis (7 oīs) ſupple chriſtian⁹ (q̄ pꝫ xp̄i noīe premitur). i. cruciat (in hoc mūdo) id ē in p̄ſenti mundo (introducit illuc) id ē in celeſtē hieruſalē (virtute meritoꝝ) id ē bonorum opeꝝ ſcz donorum ſuorum

Angularis fundamentum lapis chriſtus miſſus eſt qui cōpage parietis in vtroq; nectitur. quem ſancta ſyon ſuſcepit in quo credens permanet

Chriſtus ds lapis angularis q̄ a iudeis fuit reprobatus Unde dauid Lapidem quē reprobauerūt edifica 7c. tū duos populos in vnū pꝫunxit ſcz iudaicū 7 gentilē q̄ chriſtus. i. dei filius ſpeculat̄ q̄tidie eternā beatitudinē ſummi regis. i. dei patris (chriſtus) ſupple exiſtēs (fundamētū) totius eccleſie (miſſus a patre eſt lapis angularis. q̄ (lapis nectit). i. pūgit (compage) id ē pūctōe (parietis in vtroq;) id ē in duob⁹ populis. ſcz in iudaico 7 gentili (quē) ſcz chriſtum (ſancta ſyon ſuſcepit) ſyon interpretat eccl̄ia vl̄ ſpeculatio (in quo) ſcz xp̄o vel eccl̄ia (credens) ſcz chriſtianus q̄ credit (pmanet) firmiter in fide ſancte eccleſie.

Omnis illa deo ſacra 7 dilecta ciuitas plena modulis. 7 laude 7 canore iubilo trinū deū vnicuiq; cū fauore predicat

(Omnis illa ciuitas) id ē eccleſia militans (eſt ſacra) id ē ſacrata (deo et dilecta) id eſt amata a deo (plena modulis) id eſt cantilenis angelorum (7 laude dei 7 canore) in cātu vel canore (iubilo) id ē dulci exultatōe

¶ Jubilus eſt gaudium illud quod eſt interius in homine quod omino non poteſt referri nec omnino tacetur pre animi exultatione (predicat trinum deū) ſcz in pſonis (vnicuiq;) id ē vnū in ſubſtātia vel vnū quoq; cū fauore predicat. id eſt cum prece

Expositio Hymnorū

Hoc in tēplo summe deus exoratus adueni. ⁊ clementi bonitate
precū vota suscipe. largā benedictionē hic infunde iugiter

(Summe deꝰ exoratꝰ). ſ. a nob. i. tu depcatꝰ (adueni ꝓ grām (in h tēplo). i in ista eccl̄ia (⁊ suscipe vota ꝑcantū). i. precū vl̄ orationū Istud in trāslatiue legit̄ ⁊ est ibi figura q̄ dr endiadis. q hz fieri qñ duo nōia substātiua sit̄ ponunt̄ ꝙ vnū illoꝝ adiectiuat̄ ⁊ altꝝ remanet substātīm ⁊c. (clementi bonitate). i. moderata tua prece vl̄ voce (infunde). i. immitte (iugiter). i. genniter vl̄ assidue (benedictōem largā). i. latam

Hic pmerēatur oēs petita acq̄rere. ⁊ adepta possidere cū sanctis
perenniter. paradisum introire trāslati in requiē Amen

(Hic) scz in sacra eccl̄ia. vl̄ (hic). i. in isto loco (oēs) scz fideles homies (pmereant̄). i. bñ mereant̄ (acq̄rere petita) scz iusta ⁊ sctā (⁊ adepta) id ē illa petita obtēra (possidere pennitter). i. ꝑpetue (cū sanctis). i. cum bonis supple dñi sumus (translati in requiem). i. mortui. sc mereamur (introire paradisum). i. regnū celoꝝ

Orde natus ex parentis ante mundi exordiū alpha et o
cognominatus. ipse fons ⁊ clausula omniū q̄ sunt fuerūt
queqꝫ post futura sunt seculoꝝ seculis

¶ Materia huiꝰ hymni ē duplex natiuitas filij dei. Una videlicz eterna qua erat genit̄ añ initiū mūdi. ⁊ h ex corde sui parēt̄. Alia ār ē xpi natiuitas tēporalis. q̄ natiuitate filiꝰ dei erat natꝰ in tpe ex ꝙgine maria. vt ꝓz in sequēti ꝙsu. Et nōia filiꝰ dei alpha ⁊ o. i. ꝓncipiū ⁊ finis. qr alpha ē prima lr̄a apud grecos. o ꝙo vltima ¶ Cōstrue. sc filiꝰ dei est (natꝰ ex corde parēt̄. ſ. sui pr̄is (añ exordiū). i. initiū (mūdi). i. seculi (cognoiatꝰ). i. dictꝰ (alpha). i. ꝓncipiū (⁊ o). i. finis (⁊ ipe). ſ. filiꝰ dei ē (fons). i. ꝓncipiuꝫ (⁊ clausula). i. finis oīm. sc reꝝ (q̄ sunt) scz in ꝑsenti. ⁊ (fuerunt) in ꝑterito (ꝙ) per (q̄ sunt futura. ⁊ seculis seculoꝝ). i. eternalr.

O beatus partus ille virgo cū puerpera edidit nostrā salutē fetꝫ
sctōspū. ⁊ puer redēptor orbis os sacratū ꝓtulit seculoꝝ seculis.

Hic pleq̄tur auctor scdam natiuitatē xpi videlicz tpalez dicēs (O beatus). i. sanctus (ille partus) sc est (cū ꝙgo puerpera). i. impregnata (edidit). i. peperit (nostrā salutē). i. filiū dei q̄ est nostra salus. sc ipa virgo (fetꝫ). i. replera (spūsancto. ⁊ puer) sc q̄ est (redemptor) scz totius (orbis) id est mundi (ꝓtulit sacratum os) id est sanctū. scz in ꝑdicando sacrā doctrinam iudeis in templo (seculoꝝ seculis) id est eternaliter.

